
Room
200

EX LIBRIS.
B. W. C. AALTSZ HEYDENDAAL.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

A610
B62i

SEP 25 1953

NATURAL
HISTORY

INTRODVCTIO

IN

HISTORIAM MEDICINAE

LITTERARIAM.

1752-1840

D. JO. FRID. BLVMENBACHII

MEDIC. P. P. O.

INTRODVCTIO

IN

HISTORIAM MEDICINAE LITTERARIAM



GOETTINGAE

APVD JO. CHRIST. DIETERICH.

1786.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/djofridblvmenbac00blum

A610
B62i Nat. Hist.

VIRO PERILLVSTRI

AC GENEROSISSIMO

GEORGIO L. B. AB ASCH

S. CAES. MAJ. RVSSIARVM IMPERATRICI

CONSILIARIO STATVS PVBLICI

EXERCITVVMQVE MEDICO PRIMARIO

TAM OB PLVRIMA

IN VNIVERSAM REM MEDICAM

MERITA

QVAM GRATAE MEMORIAE ERGO

OB SCIENTIAE INCREMENTA

QVAE

EX SPLENDIDIS EIVS

AD HISTORIAM NATVRAE SPECTANTIBVS

MVNERIBVS

IN MVSEVM ACADEMICVM

COLLATIS

PERCIPERE SIBI LICVIT

D. D. D.

JO. FRID. BLVMENBACH.

PRAEFATIO.

Quoties de hiſtoria artis noſtrae litteraria ſcholas habui, maxime moleſtum et importunum videbatur, quod defectu compendii ad praelegendum apti, nomina auctorum et titulos librorum

 audito-

auditoribus in calamum dictare et filum orationis quouis fere momento interrumpere neceſſe erat.

Huic incommodo praeſenti introductione mederi ſtudui: ita tamen, vt et in vniuerſum ſynopſin quandam praecipuorum medicinae fatorum exhiberem, vtque manualis in ea hiſtoria liber eſſet.

De *ordine*, quem ſeruaui, non eſt quod moneam, cum per ſe pateat, chronologicum omnibus aliis hactenus praeſtare, ſi non annos, ſed rerum ſucceſſiones, viciſſitudines et mutationes ſequatur, vt adeo ortum, progreſſum et incrementa artis, et qua ratione alterum eorum ex

altero

altero natum ſit, quid caſus, aut acumen aut ingenii aliqua felicitas obtulerit, vno quaſi conſpectu ante oculos ponat. Non tamen adeo ſeruiliter huic ordini me adſtrinxi, quin ſubinde aut eiusdem ſectae viros, maxime ſi breuis aeui ea fuerit, iunctim exhiberem; aut aliqua nomina, quae alias intacta relinquere oportuiſſet, obiter, ſi occaſio ita ferebat, attingerem. A reſtauratione autem inde litterarum quam vocant, in quaque periodo iterum ſecundum diſciplinae capita, quae praecipue ab vnoquoque tractata fuere, recenſus eorum factus eſt.

De *ſelectu*, quem ſeruare neceſſe fuit, magis laborandum erat. — Non niſi meritiſſimos de artis incremento viros

recipere oportebat; — ſed *meritorum* ambiguum ſaepe iudicium eſt!

Paucis ergo quae mihi in eo conſtituendo norma fuerit, expediam.

Veteres quos dicunt, medicos, ad vnum fere omnes recenſere aequum putaui, quod, etſi minime eodem loco ac dignitate ſunt, in vniuerſum tamen primi et principes in re medica auctores et quaſi eius fontes extiterunt.

Inter *latinobarbaros* et qui reſtaurationem litterarum proxime exceperunt, ſeuerior quidem ſelectus erat habendus; paſſim tamen vnius alteriusue minus noti auctoris, praeſertim inter Germanos, memoriam ſtudioſius excitaui, quod haec pars

pars hiſtoriae medicae non vnam ob cauſſam omnium maxime neglecta et inculta iacet.

In recentioribus ſeculis ex *claſſicis* auctoribus vix quenquam me omiſiſſe puto, vnico excepto Hier. Mercuriali, cuius quidem ſcripta non vno loco citaui (p. 22. 24. 32.), quem tamen p. 181. cum reliquis Hippocratici ſtudii ea aetate reſtauratoribus denuo nominaſſe debebam.

Auctores *ſectarum* et dogmatum praecipuorum prae ceteris in medium protuli, vt tamen Wirdigios, Hauptmannos aliosue huius farinae ſomniatores lubens tacerem.

Inuentores

calcem cuiusuis capitis vacuum relictum ſit ſpatium, cui quiuis, quos ipſi libuerit, e viuentium numero inſcribere poſſit.

Goettingae d. 27. Febr. 1786.

SYNOPSIS

SYNOPSIS SECTIONVM.

I. Ortus medicinae pag. 1

II. Medicina Aegyptiorum 7

III. Orientis quorundam populorum medicina 11

IV. Medicina Graecorum 16

V. Medicina inter Romanos 46

VI. Arabes 86

VII. Latinobarbari 95

VIII. Reſtauratio litterarum 110

IX. Seculi XVIti prius dimidium 117

X. Seculi XVIti dimidium poſterius 162

XI. Seculi XVIImi prius dimidium 191

XII. Seculi XVIImi dimidium poſterius 236

XIII. Seculi XVIIIvi priora ſeptem luſtra 310

XIV. Seculi XVIIIvi propiora luſtra 372

SECTIO

SECTIO I.

ORTVS MEDICINAE.

§. 1.

Toties agitata perque magnae contentionis diſputationes a medicis ſaepe tractata quaeſtio de *origine medicinae* facilem admittere ſolutionem videtur, dummodo binae probe diſtinguantur periodi. — *altera* ſcilicet qua primum medicamentis aduerſus morbos vti ceperunt homines. — *altera* qua empirice collectas notitias tum morborum tum remediorum ad certa principia referre, et ita in artis formam redigere ſtuduerunt medicinam.

§. 2.

Haec ſcientifica methodus, vt infra patebit, ad Hippocratem referenda videtur. Iſta vero empiria, ni grauiter fallimur, ad ipſas humani generis origines pertinet.

§. 3.

Morbi enim a natura humana vix ac ne vix quidem ſeparabiles ſunt, cum, vt dentitionem dolorificam, et menſtrui fluxus et partus incommoda taceam, ne quidem inter ferociſſimas gentes iniuriae externae quae vitae genus duriuſculum affert, aut ſubitanea aëris viciſſitudo, aliaque id genus morborum ſeminia et potentiae euitari queant. Tum vero etiam incommodis iſtis non vno modo mire proſpexit creator. Primum enim voces, quas vocant internas, ſ. molimina naturae medicatricis machinae humanae indidit, quorum ope ingruente morbo, coeco quaſi impetu ac inſtinctu ſiue a nociuis arcetur, (vt a carnium eſu in morbis bilioſis, putridis etc.) ſiue ad ſalutares res aſſumendas, (v. c. ad antiſeptica in iis, quos diximus, morbis) vehementi deſiderio fertur. Porro autem Deus curauit, ne vlli deſint regioni medicamina, plantae praeſertim, morbis eiusdem endemiis accommodatae. ita maritimis cochleariam, montoſis arnicam, largitus eſt.

§. 4.

Facile exinde patet, quomodo ſimplex obſeruatio morbi cuiusdam, et criſeos praeſertim eundem leuantis, tum vero caſu et experientia intellecta vis plantarum ſimiles iſtis criſibus effectus producens, primaeuos inducere potuerit homines, vt in ſimili morbo, ſimilem ſalutarem criſin ſimili pharmaco excitarent *a*).

a) Parum e contrario tribuo iis, quae vulgo de medicamentis et chirurgicis adminiculis narrantur, quorum vſum homines ab animantibus didicerint.

Adeant ſuper his, quorum intereſt, praeter notiſſimos Clerici et Halleri fontes, Ger. Jo. Voſſium *de theologia gentili ſ. de orig. ac progreſſu idololatriae*, L. III. cap. 67. pag. 398. ſqq. edit. Amſtelodam. 1700. fol.

D. W. T. (Triller) *Hippocratem atheiſmi falſo accuſatum, contra Gundlingium*. Rudolſt. 1719. 8. pag. 37. ſqq.

Dan. Vinkii *amoenitates philologico-medicas*. Ultraj. 1730. 8. pag. 464. ſq.

Jo. Frid. Schreiber *almageſtum medicum*. pag. 20. ſq.

§. 5.

Atque ita procul dubio nata eſt *domeſtica medicina*, ſimplex primum et non niſi paucarum herbarum ſcientia; qualis hodieque apud barbaras gentes exiſtit; vtpote quarum vniuerſa fere medicina in promouendis criſibus verſatur, et ad purgantia, emetica, ſudorifica, vt chirurgia earum ad ſcarificationes aut venaeſectiones *b*) et cauteria redit.

§. 6.

Vbi vero in difficiliore morbo propria cuiusuis familiae domeſtica medicamina non ſufficiebant, vicini conſulebantur. Hincque ſenſim

b) Mirum quam vniuerſalis haec chirurgica enchireſis etiam apud gentes maxime barbaras reperiatur. Eſt inter ſplendida dona, quibus generoſ. Baro de Aſch muſeum academiae noſtrae ditauit, lanceola ex praſina gemma ſtudioſiſſime excisa qua Kurilicarum inſularum quae Kamtſchatkae ſubiacent, incolae, venas ſibi ſecant. Frontalem praeſertim quando cephalaea laborant. etc.

ſenſim originem duxit antiquiſſimus mos *ex-poſitionis aegrotorum ad vias publicas c*).

§. 7.

Cumque demum vnus alterue maiore experientia et feliciore medicaminum applicatione emineret, prae aliis in eo confidebant eius populares; et ſic nati *medici.*

§. 8.

Hi primi medici temporis progreſſu pro *inuentoribus medicinae* habiti, et haud ſecus ac aliarum rerum vtilium repertores *in deorum numerum relati*, ipſique praeterea medicinae vt aliis vtiliſſimis artibus *dii deaeque praeſides* dati ſunt *d*). Maxime cum et morborum quorundam, peſtilentialium praeſertim,

 vehe-

c) C. Frid Hundertmark *de aegrotorum apud veteres in vias publicas et templa expoſitione.* ed. 2. Lipſ. 1749. 4.

d) Idem Hundertmark *de diis artis medicae ap. veteres Graecos et Romanos.* Lipſ. 1735. 4.

Jul. C. Schläger vir celeb. *de diis hominibusque ſeruatoribus.* Helmſt. 1737. 4.

vehementia et epidemica vniuerſitas, tum mortes ſubitaneae, imo et heroica quorundam medicaminum virtus, diuini quid inuoluere videretur; tum facile etiam ea ſuperſtitio accederet, vt in *magicis incantamentis* et carminibus auxilium quaererent aegri, aut *fanis deorum incubantes* per inſomnia ſalutares exſpectarent reuelationes *e*).

§. 9.

Ita vero vltro effectum eſt, vt religio medicinae immiſceretur, ipſaque ſalutaris ars in ſacerdotum poteſtatem tranſiret: id quod itidem hodiernum barbarorum exemplum teſtatur, vtpote penes quos ſimiliter ſacerdotes et faſcinatores morbis mederi, vulgo conſtat.

e) H. Meibom (praeſ. Herm. Conring) *de incubatione in fanis deorum medicinae cauſa factis*. Helmſt. 1659. 4.

SECTIO

SECTIO II.

MEDICINA AEGYPTIORVM.

§. 10.

Haec quae diximus prima in vniuerſum fuiſſe medicinae incunabula a veroſimili parum nobis abeſſe videtur. Iam in ſingularium priſcarum gentium medicinam abeamus: et quidem vt ordine progrediamur, primum de Aegyptiis videamus, antiquiſſima gentium, de quarum re medica certiora quaedam relata legimus *f*).

§. 11.

Celebratur vero apud hos, vt aliarum, ita et medicae artis inuentor THOTH, ſub qua perſona allegorica generatim *inuentionis genium* ſibi eos finxiſſe probabile eſt.

A 4 Idem

f) Super vniuerſa veterum Aegyptiorum re medica conferatur viri doctiſſ. Guil. Warburton *divine legation of Moſes.* Vol. II. L. IV. Sect. 3. pag. 39. ſq.

It. Proſp. Alpini *medicina Aegyptiorum* c. Jac. Bontii medicina Indorum. Lugd. Bat. 1718. 4.

Idem ceterum eſt, qui HERMES graecorum, quem vt multa alia, ita et de re medica L. VI conſignaſſe ferunt, eundemque chemiae parentem faciunt *Triſmegiſtum g)*.

§. 12.

Sed et OSIRIDI primo Aegypti regi medicinae inuentum tribuunt; quem *Iouem ſuperum* interpretantur vt SERAPIDEM pro *Ioue infero* ſ. *Plutone* habent.

§. 13.

Coniugem Oſiridi tribuunt ISIDEM, itidem medica ſcientia celebrem, et natum ex ea HORVM qui graecis PAEON, aut ſicut Romanis APOLLO dictus, ſimiliter pro ſalutaris artis inuentore habitus eſt.

§. 14.

Quod vero ipſam Aegyptiorum medicam ſcientiam attinet, eam ſane haud exiguam fuiſſe, non vno pateſcit argumento: quanquam

g) Herm. Conringii *de hermetica medicina* Lib. II. ed. 2. Helmſt. 1669. 4.
Ol. Borrichii *Hermetis aegyptiorum et chemicorum ſapientia ab Herm. Conringii animaduerſionibus vindicata.* Hafn. 1674. 4.

quam praeſtantiam eius minime ex eorum artificioſa cadauerum pollinctura et *mumiarum* conditura probare vellem; vtpote quam neque ad anatomen neque ad pharmaciam excolendam multum profuiſſe credo. Sectionem enim cadaueris condiendi non niſi tumultuariam et ſatis rudem fuiſſe, tum Herodoti et Diodori Siculi de ea re narrationes teſtantur, tum et ipſe ſatis luculenter intellexi, cum ante aliquot annos in curioſa circa eam diſquiſitione deſudarem, et ea fine in numeroſis non vnius generis mumiarum fragmentis facerem experimenta. Verum et ipſa haec condiendi methodus non tam ardua et ſecreti artificii plena videbitur conſideranti, id omne eo fere rediiſſe, vt cadauer, poſtquam cerebrum aliaque viſcera corruptioni facilius obnoxia ſatis rudi enchireſi euulſa erant, per 40 dies natro ſ. ſali alcalino minerali immergeretur, et ita adeps reliquique humores eluerentur, exſuccae et exſangues reliquiae cedria pice aut etiam aſphalto obducerentur et perfunderentur; imo ſubinde ita incoquerentur, vt pix in ipſam oſſium plano-

rum diploën et cylindricorum meditullium penetraret.

§. 15.

At enim vero Aegyptios, eorumque cumprimis ſacerdotes multum incubuiſſe medicinae, ſacrae aeque ac profanae teſtantur litterae, et Herodoti praeſertim auctoritate patet, vtpote qui vniuerſam Aegyptum medicorum plenam et ſingulorum morborum curam ſingularibus medicis commiſſam fuiſſe, memoriae prodidit.

SECTIO

SECTIO III.

ORIENTIS QVORVNDAM POPVLORVM MEDICINA.

§. 16.

Antequam ad Graecorum rem medicam accedamus, quorundam Aſiae veteris populorum medicinam tribus ſaltem verbis tetigiſſe operae pretium erit, *Hebraeorum* ſcil. *Brachmanorum*, et *Sinenſium*.

§. 17.

Hebraeos vt reliquas ſcientias ita et ſalutaris artis notitiam apud Aegyptios didiciſſe extra omnem dubitationis aleam poſitum videtur. Studioſius autem eos eandem excoluiſſe et auxiſſe, praeter alia *h*) ex legibus eorum ritualibus, quas Moſaici libri complectuntur *i*), luculenter apparet. Multa enim hi

h) Io. Sim. Lindinger *de ebraeorum veterum arte medica, de daemone et daemoniacis.* Serveſt. 1774. 8.

i) Io. Dav. Michaelis v. cel. *Moſaiſches Recht*; praeſertim Vol. II. IV. et V.

hi continent, eaque haud vulgaria, tum ad hiſtoriam naturalem, animalium v. c. ruminantium etc., tum ad phyſiologiam et vniuerſam rem medicam ſpectantia, cuius generis ſunt, quae circa menſtrua mulierum, coitum, puerperium, tum circa lepram aliosque morbos etc. praecipiuntur. Imo et *medicinae forenſis* prima rudimenta iis inſunt capitibus, quae de virginitatis notis, inceſtu, luſtratione, homicidio etc. agunt.

§. 18.

Brachmanis k) a carnium eſu abſtinentibus multo curatius vegetabilia in edulia inquirendum fuit, adeo, vt vniuerſa botanice a nulla alia priſci aeui gente diligentius exculta ſit, et tum res alimentaris, tum medica materies, haud exigua incrementa ceperit. Idemque eximium ſtudium ad hodiernam vsque diem in iisdem auſtralis Aſiae regionibus ſtorere

k) Palladius *de gentibus Indiae et Bragmanibus.* *S.* Ambroſius *de moribus Brachmanorum.* Anon. *de Bragmanibus.* iunctim edid. Ed. Briſſaeus. Lond. 1665. 4.

florere *l*), magnus ille hortus malabaricus, cuius infra denuo mentionem faciemus, praeclaro eſt documento *ll*).

§. 19.

Quod vero ad *Sinenſium m*) medicinam attinet, ad mythica, imo antediluuiana tempora eius origines referunt, auctoremque eiusdem

l) In celebratiſſima et antiquiſſima Benianum academia, quae Benaraſi floret, nullam aliam praeter botanicen medicinae partem tractari, pluribus me docuit ill. Braun magni Halleri gener, meique amantiſſimus, qui Tribunus legionis Britannicae diu in iſtis Hindoſtani regionibns verſatus eſt.

ll) Extat in muſeo academico egregius theſaurus plantarum malabaricarum ſiccarum, XII voluminibus comprehenſus, et ab ipſis eius terrae doctis viris collectus, qui cuivis plantae nomen malabarico charactere palmae folio ſtylo inſcriptum et ſubinde etiam vſum medicum adiecerunt.

m) Andr. Cleyeri *Specimen medicinae Sinicae* Frf. 1682. 4.

Io. Bapt. du Halde *Deſcription de la Chine.* Vol. III. pag. 461 - 652.

eiuſdem celebrant regem HOANG-TI, ipſique artis eorum Sphygmicae, vtpote in qua fere omnis eorum Semiotice verſatur, tum et radicis Gin-ſeng (panacis quinquefolii L.) quam pro panacea habent, inuentum tribuunt.

Fuerunt nuper viri quidam clariſſimi, qui neſcio quam ſimilitudinem Sinenſes inter et veteres Aegyptios ſe deprehendiſſe contenderunt; ad quam vlterius probandam etiam vtriusque gentis chirurgia vſi ſunt, vtpote quae penes vtramque maxime ad ſcarificationes *n*) et ad cauteria actualia redeat. At enim vero vt in vniuerſum omnis ea Sinenſium ab Aegyptiis deriuatio non niſi vanis hypotheſibus innititur; ita id quod diximus argumentum

n) Ope acupuncturae qua Sinenſes aeque ac Iapanenſes vti ſolent. Cfr. Wilh. ten Rhyne *diſſ. de arthritide c. mantiſſa ſchematica, de acupunctura etc.* Lond. 1683. 8. Engelb. Kaempfer *amoenitates exoticae.* Lemgov. 1712. 4. pag. 582 ſeqq. Ipſa acupuncturae inſtrumenta a Kaempfero reportata, elegantiſſime fabrefacta iam in muſeo academico extant.

tum eo minus ponderis habet, cum vt ſupra (§. 5) iamiam innuimus, vtraque haec chirurgica enchireſis non Aegyptiis ſolum et Sinenſibus, ſed omnibus fere barbaris, ipſisque Americae incolis, ſit familiaris.

SECTIO

SECTIO IV.

MEDICINA GRAECORVM.

§. 20.

Maioris nobis momenti ſunt, quae Graecorum, cultiſſimae gentis, medicinam attinent, vtpote apud quos primum artis formam nacta eſt, vnde ſolidiora hodiernae noſtrae ſcientiae fundamenta iacta ſunt.

§. 21.

In vniuerſum autem eſt memorabile medicinam omnium primam extitiſſe ſcientiam, quae apud Graecos numini cuidam dicata fuerit, eidemque quem ſupra iam obiter diximus Apollini ſ. Soli, cui dedicationi procul dubio acuti et peſtilentiales praeſertim morbi anſam praebuerunt, quos ſolis ardori tribuerunt: et quos multo plus terroris mortalibus incuſſiſſe, quam diuturnae et ſporadicae aegritudines, in aprico eſt.

§. 22.

Praeter Apollinem nonnullae Deae quoque praeſides medicinae, aut peculiaribus ſaltem

tem eius partibus, praefixae ſunt: vt HYGIEA o) quae tam cum PALLADE MEDICA quam cum Romanorum DEA SALVTE conuenit, et ſpecie feminae maturioris, altera manu patellam tenentis, altera ſerpentem, exhibetur.

§. 23.

DIANA vel etiam IVNO LVCINA ſ. ILITHYIA tum partu dolentibus tum puerperio decumbentibus praeerat. Quibus grauiſſimis functionibus alias inſuper deas v. c. ALEMONAM alendi in vtero foetus; et NONAM et DECIMAM a maturi partus temporibus; et PARTVLAM quae partum gubernet, praefecerunt.

§. 24.

Quin et poſtmodum ipſos morbos in deorum numerum recipere non veriti ſunt, vt DEAM FEBREM, quam Romani ad minus nocendum, templis colebant.

§ 25.

o) Chr. Gottl. Schwarz *expoſitio veteris inſcriptionis de Aeſculapio et Hygea diis* Φιλανθρωποις. Altorf. 1742. 4.

§. 25.

Verum e mythicis tenebris in heroici aeui diluculum emergimus; vbi primum offendimus Chironem, Theſſalum, inde quod populares eius primi equitationi incubuerint, *Centauri* forma fictum. Argonautis, claſſica expeditione claris, eum aequalem fuiſſe, ferunt, et Sec. aerae vulgaris XXVII^{mo} claruiſſe: excelluiſſe autem, vt aſtronomia aliisque phyſicis ſcientiis, ita praeſertim ſalutari arte, inque ea Herculem, Orpheum, aliosque heroas erudiuiſſe.

§. 26.

Longe clariſſimus eius in medicina diſcipulorum extitit Aesculapius, quem primum omnis medicinae *clinicae* auctorem, et faſciarum multorumque aliorum ad rem medicam et chirurgicam pertinentium inuentorem, perhibent *p*).

Vulgo exhibetur figura viri barbati, nodoſo innixi baculo, cui ſerpens circumflexus, quod genus animalium ipſi prae aliis conſecratum

p) Io. Alb. Sebiz *de Aeſculapio inuentore medicinae*. Argent. 1669. 4.

cratum erat, adeo vt ſub eius ſpecie ipſum colerent et a. u. c. 460 graſſante Romae febre peſtilentiali ſalutiferum numen ingentis ſerpentis forma Epidauro aduelierent.

Inter reliqua illi attributa ſymbola *q*) gallus erat, vigilantiae ſignum, et a latere ipſi adſtans Telesphorvs, cuculatus puer, dubiae interpretationis *r*).

Templa Aeſculapii celebratiſſima colebantur Epidaurium, Pergamenum, et Coum, vbi in fanis praecipue, vt diximus, incubabant aegroti et hiſtoriam morbi cum reuelatis medicaminibus tabulis inſcriptam *s*) in ipſo templo ſuſpendebant, quibus maxime vſum fuiſſe

B 2 Hippo-

q) Iuſt. Godofr. Günz *δᾳδουχια in ſacris Aeſculapii.* Lipſ. 1737. 4.

r) Io. Matth. Geſneri explicatio marmoris Caſſellani quo Aeſculapius, Hygea, Teleſphorus celebrantur. In *Commentar. Societ. ſcient. Gotting.* Tom. II. p. 281 ſq. maxime pag. 299 ſqq.

s) Specimen eiusmodi tabularum videſis in Gruteri *corp. inſcript.* Vol. I. pag. LXXI. ed. Graeuii.

Hippocratem in coacis ſuis compilandis, vetus ſuſpicio eſt *ss*).

§. 27.

Filii erant Aeſculapio Machaon et Podalirivs, Agamemnonem in famoſum bellum Trojanum ſecundum ſeu decennale, quod a. m. 2790 erupit, ſecuti, aſt vulneribus duntaxat medentes. Vnde ieiuna ſatis diſputatio ortum duxit, vtrum medicina an chirurgia antiquior cenſenda ſit. *t*)

§. 28.

Sequentia medicinae fata, Trojanis a temporibus, mirum dictu, vt Plinii verbis vtar, in nocte denſiſſima latuere vsque ad Peloponeſiacum bellum.

§. 29.

ss) Quod Aeſculapii nomen fert, *de morborum deſcriptionibus et cura* ſcriptulum, Argent. 1533 fol. ſuppoſititium et deformem latinobarbari cuiusdam foetum eſſe, vix mentione indiget.

t) Cfr. poſt alios Iac. Palmerii a Grentemeſnil inquiſitio, an medicina tempore mythico in vſu fuerit, in *Miſcell. obſervat. critic.* Vol. X. T. III. pag. 336 ſqq.

§. 29.

Aeſculapii poſteri, arcanorum medicorum heredes *Aſclepiadum* nomine veniebant, ſenſimque in duas extenſae famae ſcholas abierunt, Cnidiam alteram, alteram Coam, valde a ſe inuicem diſſentientes.

§. 30.

Interim et philoſophi quidam inclaruerunt de re medica bene merentes, inter quos primus nominandus venit PYTHAGORAS, qui quinto circ. ſeculo ante C. n. obiit, et primus tum morbos chronicos, tum etiam dies criticos obſeruaſſe dicitur.

§. 31.

Ex coëtaneis aut diſcipulis Pythagorae, aut qui aeuum eius proxime exceperunt, et HIPPOCRATEM praeceſſerunt, ſequentes maxime memoria digni ſunt:

EMPEDOCLES Agrigentinus, in phyſiologicis, vt videtur, haud vulgariter verſatus.

ALCMAEON Crotoniata, qui zootomiae nauiter incubuit, primusque de ea ſcripſiſſe fertur.

HERACLITVS Epheſius, qui praeter alia in generationis negotium curatius inquiſiuit.

Democritvs Abderita, vir egregius, totus praeſertim in anatome practica et comparata.

Acron, popularis Empedoclis eiusdemque aemulus, quem Plinius auctorem ſectae empiricae habet; quae tamen vt infra patebit, recentioris aeui cenſenda eſt.

Herodicvs demum aut Prodicvs, ſiue Thrax fuerit ſiue Siculus, quod liquidum non eſt, pro Hippocratis magiſtro et vel pro auctore, vel pro inſtauratore *medicinae gymnaſticae tt*) ſ. exercitationis diaeteticae habetur.

§. 32.

Ita iam ad ſummum in arte noſtra lumen peruenimus Hippocratem Coum, virum arte et facundia inſignem, cui fama et auctoritate perenni vix par extitit.

Natus

tt) Hier. Mercurialis *de arte gymnaſtica* Lib. VI. Venet. 1563. 4. Amſtel. 1672. 4.

Petr. Fabri *agoniſticon* Lugd. 1592. 4. (quod tamen magis ad athleticam gymnaſticam pertinet, a medica probe diſtinguendam).

Io. Zach. Platner *progr. de arte gymnaſtica veterum. Opuſculor.* T. II. p. 11. ſq.

Natus eſt anno primo olympiadis LXXX, qui eſt 460 a. C. n. patre Heraclide, auo Gnoſidico, medicis. Obiit Lariſſae, ſi fides auctoribus, ſummo ſenio confectus anno a. C. n. 350. Reliqua de eius vita ſatis obſcura imo fabulis inficetis confuſa ſunt, cum praeter propria eius ſcripta pauci neque hi omnes genuini fontes biographici ad eum facientes extent. Praeter Herodicum Democrito maxime in philoſophia naturali praeceptore eum vſum fuiſſe ferunt. Artem exercuit primum in Thaſo inſ., tum vero Abderae, quin et in Aſia minore. Praeterea tyrones quoque erudiuit, vnde Coa ſchola prae Cnidia valde eminuit. In vniuerſum autem ſi doctrinam et ingenium viri tantum e genuinis eius quotquot ſuperſunt libris ponderemus, omnis medicae profeſſionis et methodi ſcientificae conditor cenſendus eſt.

§. 33.

Vt autem in vita Hippocratis, ita ſimilis eaque multo maioris momenti et moleſtiae confuſio circa ſcripta eius regnat, quae iam a Ptolemaeorum Aegypti regum tem-

poribus ortum duxit, qui in bibliotheca Alexandrina colligenda occupati, in eo negotio cum Pergami regibus certantes, a lucri cupidis hominibus ſpuriis quoque et ſuppoſititiis libris, quibus clarorum auctorum nomina fraudulenter praefigebant, decipiebantur.

Pridem quidem Galenus, vir ſummus, et ſanioris criticae parens, ſtudioſe in id incubuit, vt iniuriis iſtis, quae Hippocraticis ſcriptis illatae ſunt, mederetur. Cum vero perquam arduum ſit, tantae labi medelam afferre, imo cum poſt Galeni egregia tentamina librariorum deſcribentium negligentia aut deſipientia malum recruduerit; quidam cl. viri inde ab annis ducentis iterato ſtudio genuina Hippocratis ſcripta reſtituendi curam ſuſceperunt.

Pertinent huc praeſertim:

Hier. Mercurialis *cenſura et diſpoſitio operum Hippocratis.* Venet. 1583. 4.

Hallerus cum in ampliſſimis ad Boerhaavii *methodum ſtudii medici* commentariis, pag. 573. ſq. 670. 686 709 959. tum in editione ſua

ſua *medicae artis principium*, quorum Vol. I. ea Hippocratis ſcripta continet, quae ipſi ſola vere genuina viſa ſunt. tum denique *bibliothecae practicae* T. I. pag. 31. ſqq.

Cl. Chr. Gottfried Gruneri *cenſura librorum Hippocraticorum.* Vratisl. 1772. 8.

§. 34.

Quae Hallerus pro genuinis habet, ſequentia ſunt Hippocratis opera:

1. *Epidemicorum ſ. de morbis popularibus.* L. I. et III.

Gr. lat. c. comment. Jo. Freind. Lond. 1717. 4. et in hui. oper.

it. *gr. lat.* ſ. t. H. Cope *demonſtratio medico-practica prognoſticorum Hippocratis, ea conferendo cum L. I. et III. epidemicorum.* Dublini 1736. 8. Jenae 1772. 8.

2. *Libri II. praenotionum ſ. praeſagiorum vulgo dicti* (a ſpurio coacarum praenotionum opere, infra memorando, probe diſtinguendi). His continentur

a) *prognoſtica* et

b) *prorrheticorum* ſ. *praedictionum* Lib. IIdus.

Extant in vulgatis nonnullis aphoriſmorum editionibus.

it. *gr. lat.* inter Zwingeriana *Hippocratis opuſcula.* Baſil. 1748. 8. de quibus infra.

3. *De diaeta in acutis* ſ. *de ptiſanis* ſ. *contra Cnidias ſententias* L. IV.

Ed. *gr. lat.* Juſt. Gottfr. Günzii ad calcem l. *de humoribus.* Lipſ. 1745. 8.

Germ. per Jo. Fr. C. Grimm v. cl. Altenb. 1772. 8. et operum verſionis vernaculae Vol. I.

it. in quibusdam aphoriſmorum editionib.

4. *Aphoriſmorum* Sect. VII.

Ex ingenti editionum nube paucas ſaltem prae reliquis memorabiles indicaſſe ſufficiat.

a) *Graecae*

Ex fide vetuſtiſſimi codicis cum aliis Hippocratis et Galeni libris aliquot, ex recognitione Franc. Rabelaeſii. Lugd. apud Seb. Gryphium 1543. 12.

Glasgovienſis 1748 16.

b) *Grae-*

b) *Graeco-latinae*

Theodor. Jans. ab Almeloveen. Amſt. 1685. 12. Lipſ. 1756. 12.

Annae Car. Lorry. Pariſ. 1759. 1782. 24.

Jo. B. Lefebure de Villebrune. Conſtantinop. (Pariſ.) 1779. 16.

c) *Latinae*

Verſio tetrapla; ſc. Conſtantini Africani, Laur. Laurentiani, Nic. Leoniceni et Theodori extat in *Articella* infra recenſenda.

Andr. Paſtae c. praenotionibus etc. Bergomi 1750. 1762. 12.

Galeni in aphoriſmos commentaria infra dicentur.

E nuperiorum interpretum farragine notentur

Jac. Hollerii *comment.* Genev. 1620. 8.

Jo. de Gorter *medicina Hippocratica.* Amſt. 1755. 4.

5. *De aëribus, aquis, et locis.*

Ed. gr. *lat.* c. l. *de flatibus*, ſtudio Jani Cornarii. Baſil. 1529. 4.

c. comm.

c. comm. Hieron. Cardani Baſil. 1570. fol.

Angl. c. comm. F. Clifton Lond. 1734. 8.

6. *De natura hominis.*

cum aphoriſmorum editionib. quibusdam. De Galeni commentariis infra.

7. *de locis in homine.*

8. *de humoribus purgandis.*

gr. lat. ex ed. Juſt. Gottfr. Günzii c. l. *de diaeta in acutis.* Lipſ. 1745. 8.

9. *de alimento*

10. *de articulis*

11. *de fracturis*

lat. c. *commentariis* Andr. Maximini. Rom. 1776. 4 maj.

12. *mochlicus.*

ne confundatur cum dubio eiusdem tituli libello, qui de oſſium natura agit.

13. *de capitis vulneribus.*

Jul. Caeſ. Arantii *Comm.* LB. 1639. 12.

Petr. Pavii *ſuccenturiatus anatomicus.* LB. 1616. 4.

14.

14. *de officina chirurgi ſ. medici.*

Spurii e contrario aut ſaltem dubii Hallero videntur ſequentes:

α) ad methodum ſtudii medici facientes.

1. *Iusiurandum.*

gr. lat. c. *comment.* Jo. H. Meibomii. LB. 1643. 4.

2. *Lex.*

Paſſim cum aphoriſmis edita; vt in editione Rabelaeſii etc.

3. *de veteri medicina.*

4. *de arte.*

5. *de medico medicine officio.*

itidem quibusdam aphoriſmorum editionibus ſubiunctus.

6. *de decoro* ſ. *de honeſtate* ſ. *decenti habitu. gr. lat.* c. *comment.* G. Matthiae. Gotting. 1740. 4.

7. *Praeceptiones.*

β) Anatomica et phyſiologica.

8. *de anatome.*

gr. lat. ex ed. D. W. Trilleri cum proſpectu nouae editionis operum. LB. 1728. 4.

9. *de*

9. *de oſſium natura ſ. mochlicus.*

cf. ſupra dictos genuinos, n. 12.

10. *de principiis ſ. carnibus.*

11. *de corde.*

12. *de glandulis.*

13. *de genitura.*

14. *de natura pueri.*

15. *de vita.*

16. *de partu ſeptimeſtri et octimeſtri.*

17. *de ſuperfetatione.*

γ) Pathologica, therapeutica, diaetetica.

18. *de morbis.* L. IV.

19. *de affectionibus.*

20. *de internis affectionibus.*

21. *epidemicorum* L. II. IV. V. (hic praeſtantior) VI. et VII.

22. *prorrheticorum* L. Ius.

cf. ſupra genuinos, n. 2. b)

23. *coacae praenotiones.*

ed. elegans *gr. lat.* Amſt. ap. Elzevir. 1660. 12.

c. *comm.* Jac. Hollerii. Lugd. 1576 fol.

Lud. Dureti *interpretationes et enarratio in coaca.* Par. 1588. fol. Lugd. Bat. 1737. fol. Lugd. et Argent. 1784. fol.

24.

24. *de iudicationibus.*
25. *de diebus criticis.*
26. *de inſomniis.*
27. *de videndi acie.*
28. *de flatibus.*
29. *de morbo ſacro ſ. epilepſia.*
30. *de inſania.*
31. *de haemorrhoidibus.*
32. *de virginum affectionibus.*
33. *de morbis mulierum.* L. II.
34. *de natura muliebri.*
35. *de ſterilibus.*
36. *de dentitione.*
37. *de victus ratione* L. III.
38. *de ſalubri victus ratione.*

vulgo Polybo tribuitur, de quo infra. Nonnullis Scribonii Largi et ſcholae Salernitanae editionibus ſubiunctus.

39. *de liquidorum vſu.*
40. *de medicamentis purgantibus.*
41. *de purgatione, helleboro facta.*

δ) Chirurgica, obſtetricia etc.

42. *de vlceribus ſ. vulneribus.*
43. *de fiſtulis.*

44. *de exſectione foetus.*

ε) ad vitam propriam.

45. *Epiſtolae.*

§. 35.

Editiones operum Hippocratis.

α) *Graecae.*

princeps Veneta ap. Aldum (1526.) fol.

Jani Cornari Baſil. 1538. fol.

β) *Graeco-latinae.*

Hier. Mercurialis Venet. 1580. II Vol. fol.

Anut. Foëſii Frf. 1595. Genev. 1675. fol.

Jo. Ant. v. der Linden. LB. 1665. II Vol. 8.

c. Galeni operibus per Renat. Chartier, Pariſ. 1639. XIII Vol. fol.

inchoata ſaltem ed. Steph. Mackii, Vindob. 1743. II Vol. fol.

γ) Verſiones *latinae.*

Fabii Calvi Rom. 1525. fol.

Jani Cornarii Baſil. 1546. fol. et alias.

c. commentariis Jo. Marinellii, Venet. ap. Jo. Valgriſium 1575. fol. (ed. claſſica ſed immenſae raritatis.)

Ex

Ex verſione Cornarii cum comm. Marinellii et indice Pini. Venet. 1737. III Vol. fol.

Halleri medicae artis principes Vol. I-IV. Lauſannae 1769-71. 8. (ex Marinelli verſione.)

δ) *Germanica*

Jo. Fr. C. Grimm v. cl. qui et annotationes adiecit. Altenb. 1781. II Vol. 8.

§. 36.

Lexica Hippocratica aliaque id genus ſubſidia:

Galeni *explicatio vocabulorum* Hippocratis.

Erotiani *collectio vocabulor.* Hippocratis.

Ed. princeps H. Stephani c. priore in huius vtiliſſimo opere cui titulus eſt: *Dictionarium medicum vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptae ex* Hippocrate, Aretaeo, Galeno, Oribaſio, Rufo Epheſ., Aëtio, Alex. Tralliano, Paulo Aegin., Actuario et Corn. Celſo. (*it. ex* Julii Pollucis onomaſtico) (Pariſ.) 1564. 8.

Jo. Gorraei *definitionum medicarum* L. XXIV. Pariſ. 1564. fol.

Anut. Foëſii *oeconomia Hippocratis.* Frf. 1588. Genev. 1662. fol.

C Petr.

Petr. Matth. Pini *compendium inſtar indicis in Hippocratis opera.* Venet. 1597. fol. et cum ed. Hipp. lat. quam diximus.

Proſp. Martiani *notationes in Hippocratem.* Rom. 1626. Venet. 1652. fol. Patav. 1719. fol.

Selecta opuſcula, in quibus Hippocrates explicatur, edita ab E. Gottfr. Baldinger v. cl. Gotting. 1782. 8.

§. 37.

Cum Hippocrates primus et princeps ſcriptorum medicorum ſit, non incongruum videbitur, antequam vlterius progrediamur, hic loci *collectiones* medicorum veterum praeſtantiores inſerere.

Eſt autem eorum antiquiſſima eademque ſummae quondam auctoritatis latina, vulgo ſic dicta *Articella*, quod artem paruam denotare videtur, procul dubio a Salernitanae ſcholae quodam medico curata. Saepius recuſa prodiit Venet. 1483. fol. 1523. fol. etc. continet tetraplam quam diximus aphoriſmorum Hippocratis verſionem, c. commentario Galeni; progno-

prognoſtica, de diaeta in acutis, de aëre aquis et locis etc. iusiurandum, it. Galeni artem parvam, Theophilum de vrinis etc.

Alia eſt collectio Aldina, ſ. t. *Medici antiqui omnes latini.* Venet. ap. Aldi filios. 1547. fol. Complectitur Celſum, Serenum Samonicum, Scribonium Largum, Soranum Epheſ., Antonium Muſam et Apulejum, Aemilium Macrum et Strabonem Gallum, Caelium Aurelianum, Theodorum Priſcianum etc.

Claſſica hos ſequitur H. Stephani magna collectio latina ſ. t. *medicae artis principes poſt Hippocratem et Galenum latinitate donati.* (Pariſ.) *excudebat* H. Stephanus 1567. II Vol. fol. Continet Aretaeum, Rufum, Oribaſium, Paulum, Aëtium, Alexandrum, Actuarium, Myrepſum; et ex latinis Celſum, Scribonium Largum, Marcellum empiricum, Caſſium Felicem, Serenum Samonicum et Rhemnium Palaemonem.

Celſi Craſſi collectio minor eſt, eaque ſ. t. *medici antiqui graeci* Aretaeus, Palladius, Rufus, Theophilus, *omnes a* Junio Paulo

Craſſo *latinitate donati. acceſſit* Stephanus Athenienſis, *et ipſius* Craſſi *quaeſtiones medicae.* Baſil. ap. Petr. Pernam 1581. 4.

Halleri collectio latina manualis prodiit curante D. Vicat Lauſannae inde ab a. 1769. ad 74. XI Vol. 8. I-IVum continetur Hippocrates, V. Aretaeus, VI. Alex. Trallianus, VII. Rhazes *de variolis et morbillis*, VIII. IX. Celſus, X. XI. Cael. Aurelianus.

Quibus nuper iuncta eſt vernacula ſylloge v. cl. Chr. Gottfr. Gruner *Bibliothek der alten Aerzte.* Lipſ. inde ab a. 1780. 8.

§. 38.

Similes quaedam extant collectiones chirurgicae:

Libri chirurgorum veterum de fracturis et luxationibus per Vidum Vidium. Pariſ. 1544. fol.

Graecorum chirurgici libri, Sorani *vnus de fracturarum ſignis*, Oribaſii II. *de fractis et luxatis; e collectione* Nicetae ed. Ant. Cochi Florent. 1754. fol.

§. 39.

§. 39.

Collectiones gynaeciorum:

Volumen gynaeciorum. ed. Caſp. Wolf. Baſil. 1566. 4.

Gynaeciorum ſ. de mulierum affectibus commentarii graecor. latinor. barbaror. etc. in III tomos digeſti (ſtudio Caſp. Bauhini) Baſil. 1586. 4. (quod IVti Vol. titulum mentitur opus et 1588. prodiit, non niſi Lud. Mercatum *de morbis mulierum* continet.)

Gynaeciorum libri graecorum, arabum, latinorum, veterum et recentiorum quotquot exſtant, per Ier. Spachium. Argent. 1597. fol.

Contenta omnium trium exhibet Jo. Alb. Fabricius *bibl. gr.* T. XII. p. 700. ſqq.

§. 40.

Quibus demum et veterinarias collectiones ſubiungimus:

Veterinariae medicinae ſ. hippiatricarum L. II. Baſil. 1537. 4.

Graecos continent Abſyrti, Hieroclis etc. libros et eclogas, iuſſu Conſtantini Porphyrogeniti collectas. Singulorum auctorum, vnde hae ſunt petitae, indicem videſis in J. Alb. Fabricii *bibl. gr.* T. VI. p. n. 494-500.

ſidem duo libri iam antea latino idiomate excuſi erant Jo. Ruellio interprete, Pariſ. 1530. fol.

Germanice prodierunt ſ. t. *zwey Bücher von Gebrechen der Roſſe* (Eger) 1571. fol.

§. 41.

Sed e diuerticulo in viam reuertimur, vbi poſt Hippocratem primum eius filios offendimus, THESSALVM et DRACONEM, atque generum POLYBVM quibus plura e dubiis Hippocratis ſcriptis tribuuntur: vt Polybo l. *de ſalubri victus ratione*, quem §. 34. n. 38. citauimus.

§. 42.

THVCYDIDIS claſſici inter hiſtoricos viri, qui c. 3520. claruit, mentionem iniicere oportet ob egregiam famoſae iſtius peſtis Athenienſis deſcriptionem, quam et Lucretius L. VIto poematis *de natura rerum*, et Joan. Boccaccius, lepidus Mileſiarum auctor, in praefatione *decameronis* imitati ſunt. Ea tamen, vtrum veri nominis peſtis fuerit, Halleri aliorumque doctor. viror. dubitatio eſt non iniqua.

§. 43.

§. 43.

PLATO Athenienſis, cl. 3560.

Socratis diſcipulus, multum in theoria medica laborauit. De Hippocratis hypotheſibus in Phaedro ſuo agit etc. Praecipue tamen eius ad nos pertinet *Timaeus* ſ. *de natura*, ab ipſo Cicerone in latinum ſermonem translatus.

ed. *gr. lat. interprete* M. Tullio Cic. et Chalcidio, *vna c. eius docta explanatione.* Pariſ. 1579. 4.

Operum Platonis editio princeps Aldi, Venet. 1513. fol.

H. Stephani Pariſ. 1578. fol.

Bipontina inde ab a. 1782. 8. prodit.

§. 44.

ARISTOTELES Stagirita, cl. 3590.

Nicomachi filius, Platonis per 20 annos diſcipulus, demum praeceptor Alexandri M., qui octingenta talenta attica (minimum 8 auri Tonnas quas vocant, valore aequantia) hiſtoriae eius animalium condendae impendit. Auctor ſcholae peripateticae et philoſophiae bis mille annos per vniuerſum fere orbem

antiquum regnantis. Inſtaurator hiſtoriae naturalis et parens ſanioris phyſiologiae. Primus bibliothecam congeſſit, quae poſtea hereditatis iure ad Theophraſtum tranſiit.

Princeps viri ſummi opus et cui vix ſimile extat, *hiſtoria animalium* eſt, cuius tamen non niſi epitomen habemus X libris comprehenſam,

ed. Ph. Jac. Mauſſaci. Toloſae 1619. fol.

Inter reliqua magni viri ſcripta praeſertim ad nos attinent:

de partibus animalium L. IV.

de generatione animalium L. V.

et maxime *de auditis admirandis.*

Operum ed. princeps *gr.* c. Theophraſto, Venet. ap. Aldum 1495-98. VI vol. fol.

gr. lat. ex ed. Gu. du Val. Pariſ. 1654. IV vol. fol.

§. 45.

Theophrastus Ereſius.

Ariſtotelis diſcipulus et heres bibliothecae, inſtaurator botanices, quam binis ſummi pretii operibus ditauit.

a) *hiſto-*

a) *hiſtoriae plantarum* L. IX.

c. comment. Jul. Caeſ. Scaligeri et Jo. Bodaei a Stapel Amſt. 1644. fol.

Fragmentum L. Xmi c. interpretat. Jani Planci *edid.* Aug. Mar. Bandinus ſ. l. et a. fol.

b) *de cauſis plantarum* L. VI.

Operum ed. principem diximus ad Ariſtot. *gr. lat.* ex ed. Dan. Heinſii LB. 1613. fol.

§. 46.

Diocles Caryſtius cl. c. 3600.

Ex Aſclepiadum familia, magnae et meritae famae vir.

Pauca quaedam eaque dubia ſub eius nomine extant.

v. c. *Prophylactica* h. e. *de ſecunda valetudine tuenda ad regem* Antigonum.

inſeruit Io. Alb. Fabricius *bibliothecae* ſuae *graecae* Tom. XII. — pag. 585-92.

Lat. c. nonnul. ſcholae Salernitanae editionibus.

it. c. G. Pictorii methodo ſanitatis tuendae. Baſil. (1561.) 8.

Dogmata eius relata leguntur apud Celſum, maxime vero apud Caelium Aurelianum.

§. 47.

Praxagoras Cous.

itidem ex Aſclepiadum gente.

celeber doctor, vel pituita vitrea, quae eius nomen fert, vulgo notus, cuius dogmata ſimiliter conſeruauit Caelius.

§. 48.

Erasistratvs Ceus.

Ariſtotelis nepos et diſcipulus in aula Syriaca vixit; vbi Antiocho Imo Stratonicen nouercam cum vitae diſcrimine amatam conciliauit, a patre Seleuco X talentis ob eam curam donatus. vid. Plutarchus in Demetrio poliorcete, Stratonices patre T. VI. pag. 1601. ſ. ed. H. Stephani. cfr. Lucianus *de Syria Dea* pag. 888. ſqq. Tom. II. ed. Salmurens.

Auctor ille fuit celebris et diu durantis ſcholae, quam Smyrnae praeſertim floruiſſe ferunt

ferunt *u*). Reſtaurator anatomes, phyſiologus acutiſſimus, eſt habendus.

§. 49.

HEROPHILVS Chalcedonius.

Praxagorae diſcipulus. Itidem clarae ſcholae medicae auctor.

Summus qui ante C. n. extitit anatomicus, cuius nomen torculari ſic dicto durae meningis impoſitum eſt.

Fragmen-

u) Quin numos a Smyrnaeis in honorem medicorum e ſcholis Eraſiſtrati et Herophili cuſos fuiſſe aiunt. Vid. Rich. Meadii ſuper hoc argumento diſſ. At enim vero erraſſe Meadium facile patebit conſideranti Aeſculapii iconem quam haec numiſmata ferunt vulgo in tot aliarum vrbium numis occurrere, vbi de medicis ne cogitare quidem licet. Nomina vero ipſi addita non medicos denotant ſed magiſtratus aut etiam ſacerdotes, cum in quibusdam eius aeui vrbibus magiſtratus et ſumma ſacerdotia coniungerentur. Quodſi contigerit, vt vere medici iis nominibus diſignarentur: is honos tamen ipſis non qua medicis, ſed qua magiſtratibus, obtigit.

Fragmentum eius e L. III. Apollonii Citienſis *de articulis* edidit Ant. Cocchi in *diſcorſo dell' anatomia*, Florent. 1745. 4. pag. 80 ſqq.

§. 50.

Nicander Colophonius cl. c. 3800.

Ei. *theriaca et alexipharmaca.*

ed. princeps c. Dioſcoride Aldi, Venet. 1499. fol.

al. Aldina ib. 1523. 8. maj.

ed. Ang. Mar. Bandini Florent. 1764. 8.

§. 51.

Incidit in haec circiter tempora aut ea praeceſſit paulo diductio medicinae Celſo dicta in tres diſciplinas: ſcil. in diaeteticam quae victu, pharmaceuticam quae medicamentis, chirurgicam quae manu, medetur.

Mart. Iacobſen *de antiqua medicinae diuiſione in διαιτητικην, Φαρμακευτικην*, et *χειρεργικην*. Helmſt. 1766. 4.

§. 52.

Hanc mox ſecuta eſt medicorum in *ſectas* ſeceſſio: praeſertim in *dogmaticam*, quae in medicina exercenda rationi multum tribuebat,

et

et *empiricam*, quae fere vnice experientiae confidebat. Illius fundamenta iam iecerat Eraſiſtratus, ideo ſemidogmaticus dictus: huius vero Herophilus, hinc ſemiempiricus vocatus; eiusque artis alumni; PHILINVS praeſertim Cous et tum maxime HERACLIDES Tarentinus, Mantiae diſcipulus, magni meriti vir.

G. Gottl. Richter progr. *de veterum empiricorum ingenuitate.* Gotting. 1741. 4.

(Hic finit Schulzii *hiſtoria medic.* Lipſ. 1728. 4.)

SECTIO

SECTIO V.

MEDICINA ROMANORVM.

§. 53.

A. 234. a. C. n. medicina cum reliquis ſcientiis e Graecia Romam migrauit. Primus vero illic medicinam aperuit, taberna publico aere ipſi conceſſa ARCHAGATHVS Peloponeſiacus, Lyſaniae f.

§. 54.

Acer autem extitit medicinae huius graecanicae oſor M. PORCIVS CATO Cenſorius, qui e contrario ipſe de domeſtica medicina commentarium conſcripſit, cuius vero non niſi fragmenta apud Plinium et Plutarchum extant.

Sed et ej. *de re ruſtica* L. vt multa aniliter ſuperſtitioſa ita multa vtiliter ad rem medicam facientia continet.

ed. Io. Matth. Geſneri c. VARRONE et reliquis Scr. R. R. it. Vegetio etc. Lipſ. 1735. 1774. 4.

§. 55.

De conditione id temporis medicorum apud Romanos, praeterito ſeculo acer diſputatio exorta eſt, currente aeuo denuo ſuſcitata. Criminatum enim eſt eos ſero et poſt ſexcentos demum annos Romam admiſſos, poſt vero iterum aliquando vrbe pulſos fuiſſe, diuque in ſeruili conditione degiſſe etc.

Claſſica quae huc faciunt ſcripta ſunt:

Io. Fr. Bokelmanni *medicus Romanus ſeruus LX ſolidis aeſtimatus* Lugd. Bat. 1671. 12. it. ad calcem Iugleri *de nundinatione ſeruorum.* Lipſ. 1748. 8. (aduerſus Drelincourtium)

C. Drelincourti *apologia medica qua depellitur illa columnia medicos ſexcentis annis Roma exulaſſe.* Lugd. Bat. 1672. 12.

Conyers Middleton *de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione. contra* Iac. Sponium et Rich. Meadium *ſeruilem atque ignobilem eam fuiſſe oſtenditur.* Cantabr. 1726. 8.

ej.

ej. *diſſertationis defenſio contra anonymos* ib. 1727. — Vtraque extat in ej. *miſcellaneous Works*, Lond. 1752. 4. Vol. IV[to] pag. 177. ſq. 205. ſq.

Diluerunt has calumnias poſt Vinkium *in amoenitat. medicis*, Schulzium, aliosque

Iul. Car. Schlaeger v. cl. *de medicorum apud veteres Romanos conditione*, Helmſt. 1740. 4.

Aug. Gottl. Richter collega coniunctiſſ. (Praeſ. auunculo cl. Georg. Gottl.) *priſca Roma in medicos ſuos haud iniqua*. Gotting. 1764. 4.

§. 56.

Vocabantur autem apud Romanos *medici* qui in vniuerſum morborum remedia cognoverant. Diſtincti ideo a ceteris artificibus qui ſingularium ſaltem partium curationem ſuſcipiebant.

Ita chirurgi dicebantur medici *vulnerum*, alii medici *ocularii x)* etc.

Medi-

x) Io. Ern. Walchii *antiquitates medicae ſelectae*. Ien. 1772. 8.

Chriſtoph. Saxii *epiſt. de veteris medici ocularii gemma ſphragide*. Vltraj. 1774. 8.

Medicae autem Gynaecia et mulierum morbos curaſſe videntur. Subinde etiam pro obſtetricibus accipiuntur.

§. 57.

Primus vero medicorum Romanorum fama et meritis praecellens ASCLEPIADES erat, Pruſienſis Bithynus, †. a. 91. a. C. n.

Amicus Ciceronis, epicureus, auctor *mechanicae* ſectae. Totus *cauſſis* morborum inveſtigandis inhiabat.

Blaſ. Caryophili (Garofolo) *diſſ. de icone* Aſclepiadis. Inter *diſſertationes* eiusd. *miſcellaneas* Rom. 1718. 4. pag 331 ſq.

Ant. Cocchi *diſcorſo primo ſopra* Aſclepiade. Florent. 1758. 4.

La medicina d'Aſclepiade *per ben curare le malattie acute. raccolta da varii frammenti Greci e latini* (auct. Jo. Fortun. Bianchini pretomedico Udin.) Venet. (1769.) 8.

§. 58.

THEMISON Laodicenus.

Aſclepiadis diſcipulus; auctor ſectae *methodicae*, qui Celſo interprete, medicinam quaſi viam quandam vocabat (quam *μέθοδον* Graeci

 nomi-

nominant) eorumque quae in morbis *communia* ſunt contemplationem.

De ceteris methodicis conf. Halleri *bibl. pract.* Vol. I. p. 177. et plurimis pag. 202. ſq. 205. ſq. 209 - 15.

et ſuper praxi methodicorum in vniuerſum Jo. Conr. Amman *praefationem ad* Caelium *ſuum* Aurelianum.

it. Paul. Gottl. Werlhof *de medicina methodicae ſectae eiusque vſu et abuſu.* Helmſtad. 1723. 4.

§. 59.

Antonivs Mvsa cl. circ. a. 22. a. C. n. Auguſti Caeſ. medicus.

Scripta eius deperdita ſunt; quod enim eius nomen fert *de herba vetonica* opuſculum, ſerius aeuum ſapit.

ed. Gabr. Humelbergii c. Apulejo *de medicaminib. herbar.* Baſil. 1537. 4.

it. in collect. Aldina.

Lud. Chr. Crellii Antonius Muſa Auguſti medicus obſeruationibus varii generis illuſtratus. Lipſ. 1725. 4.

Chr. Roſe de Auguſto contraria medicina curato. Hal. 1741. 4.

§. 60.

§. 60.

Cassivs Felix.

itidem Auguſti coaetaneus.

extant ſub eius nomine, ſed ſerioris vt videtur aeui, *Quaeſtiones ſ. problemata.*

ed. *gr. lat.* cura Conr. Geſſneri. Tiguri 1562. 8.

ex ed. Andr. Rivini. Lipſ. 1653. 4.

Eiusdem quoque aetatis eſſet genuinus Aemilius Macer, cuius nomen praefixum eſt latinobarbaro carmini *de herbarum virtutibus.* ed. c. Walafridi Strabi (monachi S. Gallenſis, qui a. 849. obiit) *hortulo* per Joann. Atrocianum. Baſil. 1527. 8. it. in collectione Aldi.

§. 61.

Avl. Cornelivs Celsvs cl. c. 37.

Aſclepiadeus, latinorum Hippocrates, medicorum Cicero vulgo dictus.

Ej. *de medicina* L. VIII.

ed. princeps Florent. 1478. fol.

Mediol. 1481. 4. Venet. 1497. fol. Aldina 1528. 8 maj.

LIBRARY
UNIVERSITY OF ILLINOIS

Ruellii Pariſinam 1529. fol. v. ad Scribonium Largum.

c. comment. Bald. Ronſſei Lugd. Batav. ex offic. Plantin. 1592. 4.

ex recognit. Jo. Ant. v. der Linden. Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1657. 12.

ex recenſ. Jo. Baptiſt. Morgagnii. Patav. ap. Joſ. Cominum. 1722. 8.

it. c. ej. VIII epiſtolis in Celſum et Seren. Samonicum. ex nitida Vulpii edit. Patav. 1750. II Vol. 8.

recuſ. Venet. 1763. II Vol. 12.

ex recenſ. Th. Janſ. ab Almeloveen c. n. varior. LB. 1746. 8.

ſtudio C. Chr. Krauſe. Lipſ. 1766. 8.

ex ed. Leon. Targae. Pat. 1769. 4.

ex recenſ. Jo. Valart. Pariſ. 1772. 12. ed. nitid.

extat quoque in collectione Aldina, et inter principes H. Stephani et Halleri.

De Celſo conferatur:

Jo. Rhodii *vita* Celſi. ad calcem *diſſ. de acia, pondere et menſuris* Celſi etc. ed. 2. Lond. Scanor. 1691. 4.

G. Matthiae

G. Matthiae *de* Celſi *medicina* Goetting. 1766. 4.

Jo. Fr. Cloſſii v. cl. *ſpecimen obſeruationum criticorum in* Celſum. Ultraj. 1768. 4.

Bianconi *lettere ſopra* Celſo. Rom. 1779. 8. *germ.* Lipſ. 1781. 8.

§. 62.

Scribonivs Largvs Deſignatianus. cl. Sec. p. C. n. Imo medio.

Ej. *compoſitiones medicae* (primum diſpenſatorium, ex graeco vt videtur translatum.)

ed. princeps eaque rariſſima, quae ad manum eſt, prodiit cura Jo. Ruellii c. Corn. Celſo aliisque, Pariſ. ap. Wechel. 1529. fol.

Statim recuſa c. Benivenio *de abdit. morbor. cauſſis*, Baſil. ap. Cratandr. 1529. 8. quam vulgo cum Jo. Alb. Fabricio aſt perperam pro principe habent.

cura Jo. Rhodii Patav. 1650. 4.

tum cum ampliſſimis eiusd. commentariis et lexico Scriboniano ib. 1655. 4.

it. in collectione Aldina et inter principes Stephani.

§. 63.

Xenocrates aphrodiſiacus Cilix; eiusd. c. Scribonio aetatis.

probe diſtinguendus a celebri Platonico eiusdem nominis, cuius vitam Diogenes Laertius deſcripſit, et cum quo ab Artedio, Harduino et nuperis editoribus Plinii gallici male confuſus eſt.

Ej. *de victu ex aquatilibus* L. extat apud Oribaſium.

ed. *gr. lat.* c. not. et gloſſar. Jo. G. Frid. Franzii. Lipſ. 1774. 8.

§. 64.

Rufus Epheſius.

vir maximae eruditionis.

princeps eius opus eſt *de nominibus partium c. h.*

gr. c. rel. opuſc. et Sorano per Jac. Goupylum (c. Aretaeo vt videtur) Pariſ. 1554. 8.

gr. lat. ed. Guil. Clinch Lond. 1744. 4.

lat. c. Aretaeo Venet. 1552. fol. min. Pariſ. 1554. 16.

it. in collectione Stephani et Craſſi.

in tabulas redegit Fab. Paulinus ad calcem editionis Veſalii *de c. h. fabr.* Venetae 1604. fol.

§. 65.

§. 65.

Pedanivs ſ. Pedacivs Dioscorides Anazarbaeus. cl. Nerone imp.

inſtaurator materiae medicae.

Princeps Ej. opus eſt *de medicinali materia* L. VI. (alii V; alii VII numerant.)

a) editiones *graecae*

Princeps Veneta ap. Aldum 1499. fol.

ex ed. Jani Cornari Baſil. 1529. 4.

b) *graeco-latina*

claſſica Jo. Ant. Saraceni Frf. 1598. fol.

c) *latinae*

Colon. 1478. fol.

ex Jo. Ruellii interpret. Lugd. 1550. 8. et toties alias.

Commentatores.

Val. Cordi *annotationes* Argent. 1561. fol.

Petr. Andr. Matthioli *commentarius.* ſaepiſſ. recuſ. Ed. praeſtantiſſ. Venet. 1565. fol.

§. 66.

Artemidorvs Daldianus.

Ej. *oneirocriticorum* L. V.

ed. *gr. lat.* per Nic. Rigaltium Pariſ. 1603. 4.

germanicae verſiones anſam praebuerunt triuialibus iſtis vulgi libellis inſomniorum.

§. 67.

Erotianvs ſ. Herodianvs

Ej. *lexicon Hippocraticum* ſupra laudauimus.

ed. princeps H. Stephani c. *dictionario medico* (Pariſ.) 1564. 8.

item *c. gloſſar.* Galeni *et* Herodoti Lycii *in* Hippocr. *ex ed.* Io. G. Fr. Franzii Lipſ. 1780. 8.

§. 68.

Thessalvs

qui ſe ipſum *iatronicen* vocare non erubuit.

methodicam ſectam vltro perfecit.

§. 69.

Andromachvs pater, Cretenſis.

Neronis imperatoris medicus, primusque *archiatri* titulo inſignitus, qui tunc temporis praeſidem ſ. praefectum medicorum denotabat.

inuentor *theriacae* cuius compoſitionem graeco carmine deſcripſit.

ed.

ed. *gr. lat.* c. comment. Franc. Tidiaci. Toruni 1607. 4.

it. Norimb. 1754. 4.

§. 70.

C. Plinivs secvndvs Nouocomenſis.

Veſpaſiani imp. familiaris, †. a. C. 79 ipſa ea Veſuuii famoſa eruptione, quae et Herculaneo et Pompeiis fatalis ceſſit.

Ej. *hiſtoria mundi* L. XXXVII.

ed. princeps Venet. 1469. fol.

c. Claud. Salmaſii animaduerſ. ſtudio Jo. de Laët Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1635. III vol. 12.

ed. J. Harduini Pariſ. 1723. III vol. fol.

Bipontina. 1783. V vol. 8.

Claud. Salmaſii *exercitationes Plinianae.* Ultraj. 1689. II vol. fol.

Ej. *de* Plinio *iudicium.* Diuioni. 1668. fol.

§. 71.

Incidit in haec circiter tempora methodicorum denuo in alias *ſectas* ſeditio, quarum placita autem et quid quaeuis habuerit proprii

e veterum ſcriptis dilucide eruere vix eſt poſſibile.

Sunt vero A) *Pneumatici*, auctore ATHENAEO Cilice.

B) *Epiſynthetici*, auctoribus AGATHINO, Athenaei diſcipulo, et LEONIDE Alexandrino.

C) *Eclectici* auctore ARCHIGENE Apameenſe, Agathini diſcipulo, viro egregio, de quo plurimis cf. Halleri *bibl. pract.* T. I. pag 198-202. *chirurg.* T. I. pag. 69 ſqq. *anatom.* T. I. pag. 74 ſqq. et *botan.* T. I. pag. 102 ſqq.

§. 72.

Ad pneumaticos pertinet ARETAEVS Cappadox dubiae aetatis, quae tamen ante Titi imperat. tempora ponenda videtur.

Ni grauiter fallimur, omnium quorum ſcripta adhuc extant medicorum veterum longe digniſſimus, qui a tyronibus totus in ſuccum et ſanguinem vertatur.

Ej. *de morbis acutis* L. IV.

totidemque *de morbis diuturnis.*

ed. princeps cura Jac. Goupyli Pariſ. 554. 8.

gr.

gr.lat. Jo. W. Wiggan. Oxon. 1732 fol. c. not. Trilleri etc. curante Boerhaavio Lugd. Batav. 1731. fol.

lat. Venet. 1552. fol. min. Pariſ. 1554. 16. (v. ad Rufum) Venet. 1763. 8. Argent. 1768. 8. it. in collectionib. Stephani, Craſſi, et Halleri.

(C. Gottl. Kuehn) *de dubia Aretaei aetate conſtituenda* Lipſ. 1779. 8. (Neroni coaeuum facit.)

§. 73.

Soranvs Epheſius cl. circa Traiani imper. tempora.

caput ſectae methodicae, cuius praecepta Caelius Aurelianus infra recenſendus, in latinum ſermonem transtulit, nobisque ita ſeruauit.

Ej. *de fracturarum ſignis* L. ſupra citauimus in chirurgicis collectionibus.

Praeterea nomen eius fert ſatis antiquum ſane opuſculum *de vulua et muliebri pudendo.*

ed. *gr.* c. Theoph. Protoſpathario. Pariſ. 1555. 8.

lat. c. eod. ib. 1556. 8.

it.

it. in *vniuerſa antiquorum anatome* ad calcem editionis Veſaliani operis Venetae 1604 fol.

aperte vero ſpuria Pſeudo - Sorani barbari eſt *iſagoge artis medendi* Baſil. 1528. fol. quae et in collectione Aldina extat.

§. 74.

MOSCHION methodicus.

Ej. *de morbis mulierum* L. (e latino in graecum translatus)

extat in omnibus quas diximus Gynaeciorum collectionibus, et quidem *gr.* in Wolfiana, *lat.* in reliquis duabus.

§. 75.

CLAVD. GALENVS Pergamenus. n. a. 131. †. Seuero imp.

Vir ſummus et vnicus, et cui, ſiue vaſti ingenii acumen ſiue immenſum doctrinae ambitum ſpectes vix alterum vniuerſae antiquitatis aequiparare licet.

Scholam Alexandrinam *x*) frequentauit, Romae maxime artem exercuit. polygraphus. nullam

x) De Alexandrina ſchola et medicinae in eadem ſummo flore, ipſius Galeni ſtudio impen-

nullam non medicinae partem ſcriptis ſuis auxit, de vniuerſa arte impenſe meritus. XIV ſequentium ſeculorum idolum, et in omni re medica fons et norma.

Nomen eius retinuit vena quae ventriculo cerebri tertio incumbens torcular demum ſic dictum Herophili intrat.

Ex Scriptis eius, quotquot adhuc ſuperſunt, ſaltem praecipua et quae genuina videntur, recenſebimus, ordinem editionis Charterianae ſecuti, XIII. vol. comprehenſae, et in totidem claſſes, in quarum tamen diſtributione iudicium deſideramus maturius, diuiſae.

Vol. I. biographica.

1. *de libris propriis.*

2. *de ordine librorum ſuorum.*

Vol. II. Iſagogica.

3. *Paraphraſtae* Menodoti *ſuaſoria ad artes oratio.*

4. *de optima doctrina.*

5. *de hiſtoria philoſophica.*

6.

impenſe aucto v. Chr. G. Heynii, viri Opt. *opuſcula academica* Vol. I. p. 109 ſq.

6. *de Sophiſmatis penes dictionem.*

7. *explicatio vocum obſoletarum ap.* Hippocratem.

extat in *dictionario medico* H. Stephani.

8. *de conſtitutione artis medicae.*

9. *ars medicinalis ſ. ars parua.*

quondam pro canone habitum opuſculum.

Inter commentatores extant praeter numeroſos alios Petr. Hiſpanus, poſthac Pont. Max. it. Sanctor. Sanctorius etc.

10. *definitiones medicae.*

11. *de partibus artis medicae.*

12. *de Sectis.*

13. *de optima Secta.*

14. *de ſubfiguratione empirica.*

15. *quod optimus medicus ſit quoque philoſophus.*

16. *introductio* ſ. *medicus.*

a quibusdam pro ſpurio declaratum opus. (ſed v. Barth. Euſtachium *de motu capitis*, pag. 257.)

ſaepiſſime editum. v. c. *gr. lat.* Baſ. 1537. 8. Vol.

Vol. III. phyſiologica.

17. *de elementis* L. II.

18. *de temperamentis* L. III.

19. *in* Hippocratem *y*) *de natura humana Comm. II.*

20. *de humoribus.*

21. *an ſanguis in arteriis natura contineatur.*

22. *de atra bile.*

23. *de ſemine.*

Vol. IV. anatomica.

24. *de anatomicis adminiſtrationibus* L. IX. (inſignes)

25. *de oſſibus ad tirones.* (idem qui Sec. XVI. ingentes iſtas lites excitauit libellus.)

ed. *gr. lat.* c. n. Caſp. Hofmanni (Specimen nouae omnium Galeni operum editionis

y) Ad maxime immortalia Galeni merita pertinere *criticas* curas, quas Hippocraticis operibus adhibuit, ipſumque hinc omnis ſanioris criticae parentem et exemplar habendum eſſe, ſupra iam ad Hippocratem ipſum monuimus.

nis quam adornauerat z)) Francof. 1630 fol.

de commentariis Fallopii, Ingraſſiae, Riolani aliorumque infra dicetur.

26. *de muſculorum diſſectione* (ex Oribaſio) *lat.* c. praecedente et ſequentibus Lugdun. 1551. 16.

27. *de venarum arteriarumque diſſectione.*

28. *de neruorum diſſectione.*

29. *vocalium inſtrumentorum diſſectio.*

30. *de vteri diſſectione.*

31. *de vſu partium* L. XVII. (claſſic. opus.) *lat.* ex verſ. Nic. Regii Calabri (de quo infra) Pariſ. 1528. 4. Lugd. 1550. 16.

commentarius Caſp. Hofmanni Frf. 1625. fol.

Vol. V. pſychologica

32. *de naturalibus facultatibus* L. III.

33. *de* Hippocratis *et* Platonis *decretis* L. IX. *lat.* c. ſequenti et al. Galenicis, XVI L. *de pulſibus*, etc. Baſil. 1535. fol.

34.

z) v. cl. v. Murr *Journal zur Kunſtgeſch. und Litteratur* T. IV. pag. 70. ſqq.

34. *de formatione foetus* (ex optimis Galeni ſcriptis.)

35. *an omnes partes animalis quod procreatur, fiant ſimul?*

36. *an animal ſit quod in vtero eſt?*

37. *de ſeptimeſtri partu.*

38. *de inſtrumento odoratus.*

39. *de motu muſculorum* L. II.

40. *de reſpirationis vſu.*

41. *de cauſis reſpirationis.*

42. *de vſu pulſuum.*

43. *quod animi mores corporis temperamenta ſequantur.*

Vol. VI. hygiena.

44. *de optima noſtri corporis conſtitutione.*

45. *de bono habitu.*

46. *num ad medicinam ſpectet, num ad gymnaſticen ars tuendae ſanitatis?*

47. *de ſanitate tuenda* L. VI.

48. *in* Hippocratem *de aëre, aquis et locis Comm. III.*

49. *in* Polybum *de ſalubri victus ratione* (v. ſupra pag. 31. n. 38.)

50. *in* Hippocratem *de alimento, comm. IV.*

51. *de alimentorum facultatibus* L. III.

52. *de attenuante diaeta.*

53. *de probis prauisque alimentorum ſuccis.*

54. *de humani corporis conſtitutione, de diaeta IV anni tempeſtatum et XII menſium.*

55. *de ptiſana.*

56. *de exercitio quod parua pila fit.*

57. *de dignotione ex inſomniis.*

58. *de cognoſcendis curandisque animi morbis* (vbi cap. 8. de ſe ipſo agit).

59. *de cuiusque animi peccatorum dignotione atque medela.*

60. *de conſuetudine.*

Vol. VII. pathologica

61. *de differentiis morborum.*

62. *de cauſis morborum.*

63. *de differentiis ſymptomatum.*

64. *de cauſis ſymptomatum* L. III.

65.

65. *de febrium differentiis* L. II.

66. *de inaequali temperie.*

67. *de maraſmo ſenili.*

68. *de tumoribus praeter naturam.*

69. *de plenitudine.*

70. *de cauſis procatarcticis.*

71. *de tremore, palpitatione, conuulſione et rigore.*

72. *de comate.*

73. *de difficultate reſpirationis* L. III.

74. *de morborum temporibus.*

75. al. *de totius morbi temporibus.*

76. *de typis.* (dubius)

77. *aduerſus eos qui de typis ſ. periodis ſcripſerunt.*

78. *de locis affectis* L. VI. (princeps Galeni opus).

Vol. VIII. ſemiotica

79. *de pulſibus, ad tirones.*

80. *de pulſuum differentiis* L. IV.

81. *de pulſibus dignoſcendis* L. IV.

82. *de cauſis pulſuum* L. IV.

83. *de praeſagitione ex pulſibus* L. IV.

84. *Synopſis libror. ſuor.* XVI. *de pulſibus*

85. *ad* Antonium philoſophum *de pulſibus libellus.*

86. *de vrinis compendium.*

87. *de criſibus* L. III.

88. *de diebus criticis* L. III.

89. *in* Hippocratem *de humoribus Comm. III.*

90. *in* Hippocratis *prognoſticon Comm. III.*

91. *in* Hippocratis Lib. I. *prorrheticorum Comm. III.* (dubii)

92. *de praenotione ad* Poſthumum. (plurima ad vitam Galeni propriam continet)

93. *alius de prognoſi libellus.*

94. *praeſagium experientia confirmatum.*

95. *de venae ſectione.*

96. *de aegrotantium decubitu prognoſtica ex mathematica ſcientia.*

97. *quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi.*

Vol. IX. Opera mixta.

98. *in* Hippocratis *epidemicor.* L. I. *Comm. III.*

99. *in eorundem* L. II. *Comm.*

100. *in eorundem* L. III. *Comm. III.*

101. *in eorundem* L. VI. *Comm. VI.*

102. *in aphoriſmorum* Hippocratis L. VII. *totidem commentarii.*

103. *aduerſus* Lycum: *quod nihil peccet* Hippocrates *aphoriſmo* 14. *Sectionis I.*

104. *contra ea, quae a* Juliano *in aphor.* Hippocratis 2. *Sect. I. dicta ſunt.*

Vol. X. therapeutica

105. *methodus medendi* L. XIV.

ed. princeps *gr.* c. ſequente. Venet. ſumptib. Nic. Blaſti. 1500. fol. max.

106. *ad* Glauconem *de arte curatiua* L. II.

107. *de venae ſectione aduerſus* Eraſiſtratum.

108. al. eiusdem argumenti *aduerſus* Eraſiſtrateos *Romae degentes.*

109. *de curandi ratione per v. ſ.*

110. *de hirudinibus, reuulſione, cucurbitula et ſcarificatione.*

111. *de purgantium medicamentorum facultate.*

112. *Quos, quibus medicamentis, et quando purgare oporteat?*

113. *pro puero epileptico conſilium.*

114. *de colico dolore.*

115. *de remediis facile parabilibus.*

Vol. XI. diaetetica.

116. *In* Hippocratem *de diaeta in acutis Comm. IV.*

117. *de diaeta in morbis acutis ex* Hippocratis *ſententia.*

Vol. XII. chirurgica.

118. *In* Hippocratem *de officina medici Comm. III.*

119. *in* ej. *de fracturis* L. *Comm. III.*

120. *in* ej. *de articulis* L. *Comm. IV.*

121. *de faſciis.*

Vol. XIII. pharmaceutica.

122. *de ſimplicium medicamentorum facultatibus* L. XI.

123. *de compoſitione medicamentorum ſecundum locos* (h. e. morbos) L. X.

124. *de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* L. VII.

125. *de antidotis* L. II. (multis ad vitam auctoris facit.)

126. *de theriaca ad* Piſonem.

127. *de vſu theriacae ad* Pamphilianum.

128. *de ſuccedaneis medicamentis.*

129. *de clyſteribus.*

Editiones operum Galeni.

a) *graecae.*

princeps Aldina. Venet. 1521. V vol. fol.
Baſileenſ. cura Joach. Camerarii et Leon. Fuchſii 1538. V vol. fol.

b) *graeco-latina*

Renati Chartier c. Hippocrate. Pariſ. 1639. et titulis tantum recuſis 1679. XIII Vol. fol. *a*)

c) *latinae.*

prima Venet. per Phil. Pintium de Caneto 1490. fol.

Baſileenſes plures; inter quas reliquis praeſtat ea quae a. 1562 ex Frobenii officina in XII Partes in fol. diuiſa prodiit; prolegomenis Conr. Geſneri et indicibus Grataroli et Pantaleonis aucta.

Juntinae Venetiis editae X extant diuerſae editiones. viz. I. 1541. II. 1550. III. 1556. IV. 1563. V. 1570. VI. 1576 (hanc curauit Hier. Mercurialis) VII. 1586. VIII. 1600. (haec elegantiſſima) IX. 1609 (haec c. ſequente maxime completa) X. 1625. fol.

alia eſt Veneta ſtudio Jo. Bapt. Raſarii ap. Vincent. Valgriſium. 1562. V vol. fol.

Ad vitam et ſcripta viri ſummi praeter ea, quae ipſe ſparſim in operibus narrat, et Clericus

a) De hac ed. cf. plurimis cl. Sandifort *exercitat. acad.* L. I. c. 8. pag. 113. ſqq.

ricus (cuius hiſtoria medicinae in Galeno finit) atque Hallerus congeſſerunt, confr. Conr. Geſneri vita Galeni, operum editioni latinae a. 1562. quam citauimus praefixae.

it. Phil. Labbe *elogium chronologicum* Galeni. Pariſ. 1660 8.

Ej. *vita* Galeni *ex propriis ſcriptis collecta.* ib. eod. 8.

§. 76.

Vterque Q. SERENVS SAMONICVS pater et fil. cl. c. 210.

vtri eorum tribuendum ſit *carmen de medicina* adhuc ſub iudice lis eſt.

ed. princeps Venet. 1488. 4.

Lipſ. 1515. 4.

ed. Rob. Keuchenii Amſt. 1706. 8. c. Q. RHEMNII FANNII PALAEMONIS carm. *de ponderib. et menſur.*

it. inter poëtas minores Petr. Burmanni Lugd. Bat. 1731. 4.

ex ed. Jo. Chr. Gottl. Ackermann v. cl. Lipſ. 1786. 8.

extat quoque in collectione Aldina et cum Fannio Palaemone inter principes Stephani.

Jo. Bapt. Morgagni in eum epiſt. citauimus ad Celſum.

§. 77.

Alexander Aphrodiſaeus Car. cl. c. 220.

Ej. *interdicta medica et problemata phyſica.*

ed. princeps *gr.* c. Ariſtot. Venet. 1495. fol.

Fr. Sylburgi Francof. 1585. 4.

id. *de febribus.*

Genev. 1612. 8.

§. 78.

Clavd. Aelianvs Praeneſtinus cl. c. 225.

Ej. *de hiſtoria animalium* L. XVII.

ed. princeps *gr. lat.* c. reliq. Aeliani operib. Tiguri 1556. fol.

gr. lat. c. n. D. W. Trilleri per Abr. Gronovium. Lond. 1744. II Vol. 4.

lat. ex ed. Petr. Gyllii c. ej. *deſcriptione elephantis.* Lugd. 1565. 8.

Ej. Gyllii L. XVI. *de vi et natura animalium ex* Aeliani *hiſtoria etc. c. libro de gallicis et latinis nominibus piſcium.* Lugd. 1535. 4.

§. 79.

Oribasivs Sardianus cl. c. 362.

Juliani

Juliani apoſtatae medicus et familiaris, cuius in vſum *collectorum medicinalium* vaſtum opus congeſſit, quorum vero non niſi XV priores libros, tumque L. XXIV. et XXV. habemus.

his poſterioribus vtile compendium anatomes Galenicae continetur.

ed. *gr.* Pariſ. 1556. 8.

gr. lat. Guil. Dundaſs L. Bat. 1735. 4.

omnes *lat.* Venet. ap. Paul. Manutium ſ. a. 8.

Ej. *Synopſeos ad* Euſtathium *fil.* L. IX.

lat. Venet. ap. Aldum 1554. 8.

Ej. *euporiſtorum ad* Eunapium L. IV.

lat. Baſil. 1529. fol.

Opera *lat.* Baſil. 1557. III Vol. 8.

it. inter principes Stephani.

(Cum Oribaſio incipit Freindii *hiſtoria medicinae.*)

§. 80.

Nemesivs cl. c. 364.

epiſcopus Emeſenus.

Ej. *de natura hominis* L. (phyſiologia Galenica.)

ed. princeps *gr.* Antwerp. 1565. 8.

gr.

gr. lat. Oxon. 1676. 8.

§. 81.

Vindicianvs cl. c. 364.

archiater Valentiniani I. cui *carmen epiſtolare* dicauit.

ed. in (Petr. Pithoei) *collect. epigr. et poemat. veterum.* Genev. 1596. 8.

it. ab Andr. Rivino. Lipſ. 1654. 8.

it. inter Burmanni *poëtas minores.*

et a Morgagno c. ep. in Seren. Samonic.

§. 82.

Theodorvs Priscianvs cl. c. 375.

Vindiciani diſcipulus, archiater Valentiniani II.

Ej. *de curatione morborum* L. IV.

Baſil. 1532. 4.

ed. Andr. Rivini Lipſ. 1654. 8.

it. in collect. Aldina.

In aliis codicibus nomen fert Q. Octavii Horatiani, quem Priſciani diſcipulum faciunt.

ita prodiit c. Albucaſis *chirurgia.* Argent. 1532. fol.

§. 83.

§. 83.

MARCELLVS EMPIRICVS cl. c. 381.

EJ. *de medicamentis empiricis* L.

ex ed. Jani Cornari Baſil. 1536. fol.

it. in collectionib. Aldi et Stephani.

§. 84.

Ad idem circiter aeuum referrem auctorem operis *de re medica* ſiue is PLINIVS quidam VALERIANVS fuerit, ſiue SIBVRIVS, quod Günzio magis arridet.

ed. Rom. 1509. fol.

c. Sorano ex ed. Alb. Torini Baſil. 1538. fol.

it. in collectione Aldina et inter principes Stephani etc.

Juſt. Godofr. Günzii *de auctore operis de re medica, vulgo* Plinio Valeriano *adſcripti, libellus.* Lipſ. 1736. 4. (qui et ad praecedentium IV medicorum hiſtoriam vtilia congeſſit.)

§ 85.

Non magis certae aetatis eſt L. APVLEJVS quidam, a Madaurenſi philoſopho et Mileſiarum auctore plane diuerſus.

EJ.

Ej. *de medicaminibus herbarum* L.

ed. c. Ant. Muſa quem citauimus, per Gabr. Humelbergium. Baſil. (1537) 4.

it. in collectione Aldi.

§. 86.

Vegetivs Renatvs cl. c. 384.

a tactico eiusdem nominis vt videtur diſtinguendus.

Noſtri ſunt *malomedicinae* L. IV. (claſſicum ad anatomen comparatam et veterinariam opus.)

ed. princeps Herm. Comit. a Neuenaar Baſil. 1529. 4.

c. not. Jo. Zach. Platneri aliorumque ad calcem *ſcriptorum rei ruſticae* Jo. Matth. Geſneri quos diximus.

Absyrtvm et Hieroclem ſupra nominavimus in collectionibus.

§. 87.

Caelivs Avrelianvs Siccenſis Numida. cl. c. 410. (quantum ex barbaro ſtylo hariolari licet.)

genui-

genuinus et ſolus ſuperſtes methodicus, VIII libros reliquit maximi pretii, quos ex Sorano Epheſio fere translatos eſſe ſupra iam monuimus.

acutarum paſſionum L. III.

ed. princeps cura Guintheri Andernac. Pariſ. 1533. 8.

tardarum paſſionum L. V.

ed. princeps c. Oribaſii nonnullis. Baſil. 1529. fol.

iunctim ex ed. Jo. Conr. Amman. Amſt. 1709. 1722. 4. etc.

it. in collect. Aldi, et inter principes Stephani et Halleri.

Hic vltimus ni fallor Romanorum medicorum qui vernacula lingua ſcripſerunt. Seculo enim VIto plane deſitum Romae latine loqui.

§. 88.

C. Aëtivs Amidenus cl. c. 530.

comitis obſequii ſ. *opificii* dignitate ornatus.

IV. *tetrabiblia* h. e. XVI. L. *ſynopſis medicorum veterum* conſcripſit, quorum vero non niſi VIII priores graeco idiomate adhuc diuulgata ſunt. Venet. ap. Aldum 1534. fol.

lat.

lat. vero omnes XVI. Baſil. 1535. 1542. 1549. fol. Lugd. 1549 fol. et alias.

it. in Stephani collectione.

Super anecdotis iſtis extat: Jo. E. Hebenſtreit *tentamen philologico – medicum.* Lipſiae, 1757. 4.

Ej. Aëtii *ανεκδοτων* L. IX. c. 28. *exhibens tenuioris inteſtini morbum quem ileon et chordapſum dicunt.* Lipſ. 1757. 4.

§. 89.

Palladivs Alexandrinus. iatroſophiſta cl. c. 540.

Ej. *ſynopſis de febribus.*

gr. lat. ex ed. Jo. Chartier. Pariſ. 1646. 4.

ex ed. Jo. Steph. Bernard. Lugd. Bat. 1745. 8.

extant praeterea ej. comm. in Hippocratica nonnulla ſcripta: vt in VItum epidemicorum *lat.* in Celſi Craſſi collect.

§. 90.

Alexander Trallianus Lydiae. iatroſophiſta cl. c. 544.

egregium ej. habemus *opus therapeuticum* L. XII.

ed.

ed. princeps *gr.* Pariſ. ap. Rob. Stephanum 1548. fol.

gr. lat. Baſil. 1556. 8.

lat. per Alban. Torinum. Baſil. 1533. 1541. fol. it. inter principes Stephani et Halleri.

Ej. *libellus de lumbricis*

ex ed. Hieron. Mercurialis Venet. 1570. 4.

it. in *Bibl. Graec.* Fabricii T. XII. p. 602 ſq.

et in Halleri collect.

§. 91.

THEOPHILVS, a dignitate protoſpatharius dictus; it. PHILOTHEVS, et PHILARETVS cl. c. 623.

monachus et medicus.

Ej. *de c. h. fabrica* L. V.

ed. *gr.* Pariſ. 1554. 8.

gr. lat. in Fabricii bibl. gr. T. XII. pag. 783 ſqq.

lat. Pariſ. 1556. 8. (vid. Soranum) it. in Celſi Craſſi collectione.

Ej. *de vrinis*

lat. extat in articella, et inter principes Stephani.

gr. lat. Lugd. Bat. 1703. 8.

§. 92.

Stephanvs Athenienſis cl. c. 642. Theophili diſcip.

Ej. *in priorem* Galeni *librum methodi curatiuae ad* Glauconem *explanatio.*

lat. in Celſi Craſſi collectione.

§. 93.

Pavlvs Aegineta, periodeutes dictus. cl. c. 670.

Ej. *de re medica* L. VII.

ed. princeps *gr.* Venet. ap. Aldum 1528. fol. Baſil. 1538. fol.

lat. per Guinter. Andernac. Colon. 1534 fol. Venet. 1541. 8. Argent. 1542. fol.

per Alban. Torin. Baſil. 1551. 8. et al.

per Jan. Cornar. Baſil. 1556. fol.

it. inter principes Stephani.

Rud. Aug. Vogel *de* Pauli Aeginetae *meritis in medicinam, inprimisque chirurgiam* Prol. I. II. Goetting. 1768.

§. 94.

Et hic quidem vltimus eſt ex iis medicis qui Romano durante imperio ideo quod proprii

prii quid ad artem augendam contulerint memoria digni videntur. A ſeptimo enim inde ſeculo indies magis magisque inualeſcebat ferrea barbaries, qua vt omnes reliquae ſcientiae ita et vniuerſa medicina inculta et alto ignaviae ſopore ſepulta iacebat.

Coronidis tamen loco paucos adhuc nominaſſe liceat ſequentium ſeculorum medicos quosdam byzantinos, reliquae gregi aliquantulum praeſtantiores.

§. 95.

NONVS cl. c. 940.

Juſſu Conſtantini porphyrogenetae ſcr. *Epitomen praeceptorum artis medicae vel de omnium particularium morborum curatione.*

gr. lat. Argent. 1568. 8.

Idem opus vulgo quoque fertur ſ. t. MICH. PSELLI.

§. 96.

SYMEON SETHVS cl. c. 1075.

Magiſter et Protoueſtiarius in Palatio Antiochi Byzantino.

Ej. *de cibariorum facultate Syntagma.*

gr. lat. Baſil. 1538. 8.

ex ed. Mart. Bogdan Pariſ. 1658. 8.

§. 97.

Demetrivs Pepagomenvs cl. c. 1270. Michaelis palaeologi archiater.

Praeter alia opuſcula, *de cura canum et accipitrum* ſcr.

gr. lat. ſ. t. *rei accipitrariae ſcriptores. acceſſit L. de cura canum* (ex ed. Nic. Rigaltii.) Par. 1612. 4.

lat. c. Gyllii Aeliano. Lugd. 1565. 8.

id. *de podagra.*

ed. *gr. lat.* Jo. Steph. Bernard Lugd. Bat. 1743. 8.

§. 98.

Nicolavs Myrepsvs Alexandrinus cl. c. 1280.

Ej. *antidotarium* ſ. *medicamentarium opus* ſ. *diſpenſatorium* (cui plus quam aniles ſuperſtitiones intercurrunt),

lat. Ingolſt. 1541. 4.

ex ed. Leon. Fuchſii. Baſil. 1549. fol.

it. ſ. t. *theatri medico - practici* c. praef. Jo. Hartm. Beyeri Norimb. 1658. 8.

et inter principes Stephani.

ab

Ab hoc diſtinguit Hallerus NICOLAVM praepoſitum, ſcholae ſalernitanae medicum, Myrepſi epitomatorem.

§. 99.

Claudat agmen JOANNES Zachariae fil. in aula Andronici palaeologi *Actuarii* (medici) dignitate ornatus, hinc vulgo ACTVARIVS dictus. cl. c. 1300.

Ej. *methodus medendi* L. VI.

lat. Venet. 1554. 4.

it. *de vrinis*

Opera *lat.* Pariſ. 1556. 8. Lugd. 1556. III vol 16.

it. inter principes Stephani.

SECTIO VI.

A R A B E S. *)

§. 100.

Non vna patet via qua Graecorum et Romanorum res medica ad Arabes tranſire potuit; ita enim, vt vnicam earum ſaltem tangam, Gregorii Abulpharagii teſtimonio conſtat, Valeriano imp. a. 260. a Sapore Perſarum rege deuicto et in nouam ab hoc conditam vrbem Gandiſaporam delato, aduenille cum eo plures peritos medicos graecos, qui medicinam Hippocraticam in oriente diſſeminarint.

§. 101.

*) Ad hanc ſectionem conf. praeter Freindium

Jo. Leonis Africani *vitae medicorum et philoſophorum quorundam Arabum*, latinae factae per I. H. Hottingerum, inſertae Fabricii *bibl. graecae* Vol.XIII. pag. 259 - 298.

Maxime vero Mich. Caſiri (Syromaronitae, Regis Hiſpan. a biblioth.) *bibliotheca Arabico - Hiſpana Eſcurialenſis.* Matriti 1760. fol. maj.

§. 101.

Hinc in eadem ipſa vrbe Sec. circ. VI. celebris floruit ſchola medica, *noſocomio* quoque inſtructa, quae in vniuerſum etiam in occidente non longo ante Juſtinianum tempore, (qui a. 565. ob.) primum inſtituta eſſe videntur, idoneo huiusmodi rerum iudice Jo. H. Schulze.

Ad eandem ſcholam frequentandam iam Mohhammadis, (religionis Moslemicae et Saracenici imperii fundatoris) aeuo aduolaſſe Arabes medicos, idem Abulpharagius teſtis eſt, quae vero poſtmodum a. 640 vltimo Perſarum dynaſta a Saracenis regno exuto, in ipſam horum poteſtatem tranſiit.

§. 102.

Haec Arabum doctrina Saracenorum invaſionibus vniuerſam Africam borealem et magnam Europae auſtralis partem inundantibus, longe quoque lateque ad vltimam vſque Hiſpaniam, quae princeps Arabum in Europa ſedes fuit, diuulgata eſt.

§. 103.

Maximam quidem partem ex Graecorum fontibus hauſta erat: naturalis nempe eorum philoſophia ex Ariſtotele, medicina vero e Galeno, cuius vt et Hippocratica bene multa ſcripta e graecis Arabica fecit Abvsaid Honain Syrus (quem vulgo Joannitivm vocant), ex Obaditarum gente oriundus.

Neutiquam tamen propriae frugis expers dicendum eſt Arabum ſtudium medicum, cum vt alia taceam, ad materiam medicam et rem alimentarem amplificandam multum contulerint, imo in chemicis et pharmaceuticis primi et principes fere auctores extiterint.

§. 104.

Verum non niſi claſſicos ex vaſta eorum tribu nominaſſe ſufficiat:

Joannes filius Mesves, (Jahia ebn Masawaih) vulgo dictus Joannes Damascenvs.

Plures eiusdem nominis medici fuiſſe videntur, quorum autem hiſtoria adeo confuſa eſt, vt neque de numero, nec de aetate et ſcriptis

ſcriptis eorum certi quid conſtet. Seniorem Sec. IX., iuniorem Sec. demum XI. claruiſſe, aliqui aiunt.

huic poſteriori tribuunt *de re medica* L. III. qui pharmacopoeis diu pro canone fuerunt.

lat. Venet. 1484. fol. c. al. ib. 1491. fol. ib. 1505. 8. Lugd. 1511. 8. ib. 1523. 8. Venet. 1538. fol.

ex verſione Jac. Sylvii qui multum in emendando Meſue laborauit Pariſ. 1544. fol. Lugd. 1550. 8. Ven. 1589. fol. c. fig.

Ed. claſſica *ex duplici translatione; altera quidem antiqua, altera noua* Sylvii. Venet. ap. Vincent. Valgriſium 1562. fol. c. fig.

Ampliſſimus in Meſuen extat commentarius celebris anatomes reſtauratoris Mundini. c. plurimis quos citauimus Joannis editionibus editus.

Jo. Gottfr. Hahn *de veris* Meſue *ſcriptis non deperditis ſed ſub* Jani Damaſceni *nomine conſeruatis.* ad calcem Ej. *antiquit. variolar.* Brigae 1733. 4.

§. 105.

JOANNES filius SERAPIONIS.

Fere eadem circa huius nominis viros, (nam et horum plures eſſe videntur), dubitatio eſt, ac circa diuerſos Meſues.

Ej. *practica* ſ. *breuiarium* Libr. VI. quibus accedit L. VII. qui *antidotarium* ſ. formulare complectitur.

lat. Venet. 1479. fol. Lugd. 1525. 4.

it. c. Averrhoë et Rhaze *de ſimplicibus* ex ed. Oth. Brunfelſii. Arg. 1531. fol.

§. 106.

Rhazes (Abubeker Mohhammad ben Zacharia) Raianus Perſa. †. 942.

Ej. *Elchavi* ſ. continens L. LXX. quorum vero non niſi XXVII editi ſunt.

lat. Brixiae 1486. fol. ſ. l. 1509. fol. etc.

Almanzor h. e. ad regem Coraſſani Manſorem L. X.

lat. c. aliis Rhazis opuſculis et Conſtantini *viatico* Lugd. 1510. II vol. 8.

L. nonus quondam pro canone pathologico habitus.

In eum extat Jo. de Tornamira *clarificatio* Venet. 1507. fol. et al.

it.

it. Andr. Veſalii in eundem paraphraſis. Baſil. 1537. 8.

Ej. claſſicum opuſculum *de peſtilentia* (h. e. de variolis et morbillis),

ex verſ. G. Vallae. Pariſ. 1528. 4.

it. *lat.* ex noua verſione curante Rich. Mead Lond. 1747. et inter huj. opera Goetting. 1748. 8.

arab. c. noua verſ. lat. ed. J. Channing Lond. 1766. 8.

hanc verſionem inter principes ſuos recepit Hallerus.

et denuo recudi curauit J. C. Ringebroig Goetting. 1781. 8.

Rhazis *opuſcula* Ven. 1500 fol. Baſil. 1544. fol.

§. 107.

Haly filius Abbas (al Mangiovschi) Perſa. cl. c. 992.

Ej. *Almaleki* ſ. *liber totius medicinae neceſſarius* Venet. 1492. fol. etc. Lugd. 1523. 4.

XX. complectitur libros, viz. X theoreticos, totidemque practici argumenti.

§. 108.

§. 108.

Avicenna filius Sinae (Abv Ali al Hossain Ebn Abdallah Ebn Sina) Bokharenſis .†. 1036.

vulgo princeps medicorum Arabum habitus; hodieque apud Turcas ſummae auctoritatis; polygraphus.

Ej. *canon* ſ. encyclopaedia medica

arab. Rom. 1593. fol.

lat. ad manus ſunt ſequentes:

Papiae 1483 fol.

Venet. 1507. 4. it. c. varior. comm. ib. 1523 V vol. fol. ib. 1555 fol.

Baſil. 1556 fol.

Venet. ap. Vinc. Valgriſium 1564. II vol. fol. ib. 1584. fol. ib. 1595. fol. ib. 1608. II vol. fol.

Prima *Fen* (h. e. Pars) Imi canonis claſſicae quondam erant inſtitutiones medicae.

In numeroſis huius *Fen* interpretibus eſt quoque Sanctor. Sanctorii *comment. in Imam Fen Ii L. canonis* Venet. 1646. 4.

L. ſecundus de canone (qui mater. medic. et therapiam generalem complectitur) *arab.*

et

et *lat.* ſtudio Petr. Kirſtenii. Vratiſlav. 1609. fol.

C. Patini or. de Avicenna. Patav. 1678. 4.

§. 109.

ALBVCASIS cognomine ALZAHARAVI (ABVL CASEM CALAF EBNO 'l ABBAS) cl. c. 1080. claſſicus et princeps chemicorum Arabum; egregius quoque chirurgus.

EJ. *de chirurgia* L.

lat. c. Octav. Horatiano Argent. 1532. fol. it. c. opuſc. Rolandi et Rogerii chirurgor. et Conſtantino Afric. per Hier. Gemuſaeum; Baſil. 1541. fol.

arab. et *lat.* cura Jo. Channing; Oxon. 1778. II vol. 4.

§. 110.

AVENZOAR cognomine ABIMERON (AL WAZIR ABV MERWAN ABDELMELECH IBN ZOHR) vulgo *Experimentator* dictus. Hiſpalenſis. cl. Sec. XII.

EJ. *Theiſir* i. e. *rectificatio medicationis et regiminis.*

lat. ſ. l. et a. fol. it. Venet. 1490. fol. Lugd. 1531. 8.

it. c. ſqte. Venet. 1553 fol.

§. 111.

Averroës (Abv Elwalid Mohhammad Eben Achmet) Cordubenſis Hiſpanus .†. 1206.

Ariſtotelicus. ſcholaſticorum ſui aeui anteſignanus.

Ej. *Colliget* ſ. compendium medicinae vniverſae L. VII.

lat. Venet. 1490. fol.

it. c. Ej. *comm. in* Avicennae *cantica* et *de theriaca* .c. Avenzoare Ven. 1553 fol.

§. 112.

Hiſce iungere liceat Hebraeum:

R. Mose Ben Maimon, ſecundum litteras initiales vulgo dictum Rambam. Cordubenſ. .†. 1205.

Averroïs diſcipulus, Saladini Aegyptiorum Soldani archiater.

polyhiſtor ſui aeui clariſſimus.

Ej. *tractatus de regimine ſanitatis ad ſultanum Babyloniae.*

ed. vetus *lat.* Florent. ſ. a. 4. et al.

Ej. *aphoriſmi ſecundum doctrinam* Hippocratis *et* Galeni.

lat. Bonon. 1489. 4. et al.

SECTIO

SECTIO VII.

LATINOBARBARI. *)

§. 113.

Primus qui hauſtam ex Arabum ſchola doctrinam medicam in Italiam deriuaſſe, et hinc reſtaurator ſtudii medici in *chriſtiano* orbe cenſendus videtur, CONSTANTINVS a patria Carthagine vulgo *Africanus*, et quod demum Caſſini (monachus ord. S. Benedicti) obierit, *Caſſinenſis* dictus eſt; cl. Sec. XI. verſus finem vergente.

Is poſtquam diu Babylone et Bagdadi ſtudiis incubuerat, Roberto Apuliae duci a ſecretis, ipſique procul dubio auctor fuit ſuaſorque, vt *Salerni* medicam conderet *ſcholam* ſ. vt in ſigillo collegii audit *ciuitatem Hippocraticam;* quae prima et princeps extitit in chriſtiano occidente medica vniuerſitas.

Ant.

*) Parum notam et fere deſertam hanc hiſtoriae medicae periodum innumeris modis egregie illuſtrauit Phil. Gabr. Hensler v. cl. in *Geſchichte der Luſtſeuche* cuius P. I. Altonae, 1783. 8. prodiit.

Ant. Mazza *vrbis* Salernitanae *hiſtoria et antiquitates*. Neap. 1681. 4. cap. IV. p. 116. ſqq. de antiquiſſimo Salernitano ſtudio ac de eius Hippocratico collegio.

Ipſe quoque graecos et arabes medicos latinitati, ſatis barbarae quidem, tradidit et in compendia contraxit, quorum vulgatiſſimum eſt *Breuiarium dictum viaticum*, cuius editionem in §. de Rhazeo citauimus.

Opera iunctim prodierunt Baſil. 1536. fol.

§. 114.

Quod ſub titulo *ſcholae Salernitanae* extat famoſum carmen diaeteticum *de tuenda valetudine*, Jo. de Mediolano, facultatis membrum, iuſſu collegii medici verſiculis leoninis conſignauit et Roberto Normanniae duci dicauit, qui poſt patris ſui, Guilelmi conqueſtoris, obitum e cruciata expeditione domum properabat, et in itinere Salernum ſalutauerat de fiſtuloſo vlcere quo laborabat medicos eius ſcholae conſulturus.

Numeroſiſſimae extant editiones.

Nitida ad manus eſt Colon. 1494. 4.

c. exe-

c. exegeſi Arn. Villanovani et aliis per Jo. Curionem Frf. 1582. 8.

claſſica Ren. Moreau Pariſ. 1625. 8.

it. c. Sanctorii *aphoriſmis*, Baconis *hiſt. vitae et mortis* etc. per J. S. H. (Henninger) Lipſ. 1726. 8.

§. 115.

Salernitanam mox aliae quaedam celebres ſcholae medicae ſecutae ſunt. Montiſpeſſulana ſc., Pariſina; et Bononienſis.

illa origines ſuas referre videtur ad a. 1150.

I. Aſtruc *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Faculté de Médecine de* Montpellier. Paris. 1767. 4.

iſta fundata auctoritate papali a. 1220.

Gabr. Naudaei *de antiquitate et dignitate ſcholae medicae* Pariſienſis, *panegyris.* Pariſ. 1628. 8.

haec demum inſtituta videtur initio Sec. XIII. inſtauratore quaſi medicinae Thaddaeo Alderotto. *)

Maur. Fattorini, abbas Camaldulenſ. *de claris archigymnaſii* Bononienſis *Profeſſoribus*

*) De Alderotto cf. *Serie di Ritratti d'uomini ill. Toſc.* fol. max. vol. III. 1770. Nro. VII.

ribus a Sec. XI *vsque ad Sec.* XIV. Tom. I. P. I. Bonon. 1769. fol.

§. 116.

Qui in hiſce ſcholis eruditi a Seculo inde XII vsque ad reſtaurationem litterarum hinc illincque, per Italiam praeſertim, Galliam et Germaniam claruerunt medici celebriores — rari nantes in gurgite vaſto — commode iunctim comprehendi et ſecundum ſcientias medicas, in quibus eminuerunt, recenſeri poterunt.

ANATOMICI.

§. 117.

Crepuſculum anatomes reſuſcitatae ipſi debetur FRIDERICO II. imperatori et maecenati ſummo; qui a. 1250 obiit, et ipſe opus *de arte venandi cum auibus* ſcripſit, editum cura Marci Velſeri Aug. Vindel. 1596. 8. quo obſeruationes accuratiſſimae et maxime memorabiles ad anatomen comparatam continentur. Idem quoque humanorum cadauerum publicas in vſum medicorum diſſectiones et demonſtrationes inſtitui iuſſit *b*).

Frid.

b) Obicem vero mox oppoſuit feliciori huic anatomes progreſſui Bonifacius VIII. P. M.

cf. Frid. Lindenbrogii *codex legum antiquarum* Frf. 1613. fol. pag. 808.

§. 118.

Princeps vero reſtaurator anatomes humanae et immortaliter ideo de re medica meritus extitit MVNDINVS e Lentiorum ſ. Liucciorum gente, plurium magni nominis medicorum fertili, quae ex Hetruria Bononiam venerat. Is poſtquam a. 1315 duo cadauera feminina ſecauerat, *anatomiam partium corp. hum.* conſignauit, quod primum inde ab orbe condito compendium anatomes humanae

 eſſe

P. M. ſingulari edicto a. 1300 ſancito, quo ſceletos excoquere et praeparare vetauit. Extat in Iuſt. Henn. Boehmeri *corp. iur. canon.* Vol. II. Extrauagant. commun. L. III. tit. 6. de ſepulturis cap. I. p. 1166.

Hoc ipſum pontificis edictum, meritiſſimum Mundinum deterruit, ne in baſin cranii curatius inquireret. Verba eius cap. *de anatomia auris* ſequentia ſunt: "Oſſa autem alia quae ſunt infra baſilare, „non bene ad ſenſum apparent, niſi oſſa „illa decoquantur, ſed *propter peccatum* „dimittere conſueui."

eſſe videtur, ideoque etiam tanta quaſi ſuperſtitione ſuſpectum eſt, vt, ſi ſequentium ſeculorum medicis quicquam occurriſſet, quod cum Mundini deſcriptione non conueniret, id omne *monſtrum* dicerent. Satis numeroſae ſed ad vnam fere omnes rariſſimae claſſici opuſculi extant editiones v. c. Bonon. 1482. fol.

it. in J. Ketham *faſciculo medicinae*, de quo infra dicetur.

it. ex edit. Jo. Dryandri (Eichmann) Marpurgi 1541. 4.

c. comm. Matth. Curtii Lugd. 1551. 16.

c. ampliſſ. interpretat. Jac. Berengarii qui infra nominandus veniet.

SCRR. HISTORIAE NAT.

§. 119.

VINCENTIVS BELVACENSIS †. 1262.

Ordinis praedicatorum, inſtructor principum iuuentutis Ludov. Sancti Galliae regis.

ingens opus ſcripſit in IV partes diuiſum, quibus *Speculorum* nomen dedit: viz. doctrinale, morale, hiſtoricum, et quod ad nos attinet, naturale.

Coram

Ad manus eſt ed. Argentor. per Jo. Mentellin (vnum ex artis typographicae inſtauratoribus) 1473. X Vol. fol.

§. 120.

Albertvs magnvs ex gente Bollſtadiorum, Lauingenſis-bauarus, epiſcopus aliquamdiu Ratiſponenſis. †. 1280.

Ej. *de animalibus* L. XXVI.

Venet. 1495. fol. et al.

id. *de virtutibus herbarum, lapidum, animalium et mirabilibus mundi.*

Antwerp. ſ. a. 4.

c. ſequenti Lugd. 1566. 24.

Ej. *ſecreta mulierum et virorum.*

Antwerp. ſ. a. 4.

aliaeque editiones et verſiones vulgatae ſpurci opelli innumerae.

Nomen quoque fert Henrici de Saxonia, qui c. a. 1378 Argentorati vixit, et impotentia mulierum feliciter tollenda, inclaruit.

Aliud eiusdem farinae ſcriptulum extat Magiſtri Mich. Scoti ſ. t. *Liber phyſiognomiae c. multis ſecretis mulieris.*

numeroſarum eius editionum ad manum eſt Lipſ. 1495. 4.

Frf. 1615. 12.

Opera Alberti ex edit. Pet. Jammy. Lugd. 1651. X Vol. fol.

§. 121.

Petrvs de Crescentia, ciuis Bononienſ. cl. c. 1307.

Ej. *ruralium commodorum* L. XII.

verſo equidem ed. principem. *impreſſ. per* Jo. Schüſsler *ciuem Auguſtenſem* 1471. fol.

CHEMICI.

§. 122.

Arnaldvs de Villanova (prope Monſpelium .†. 1313.

Prof. Monſpelienſis. alchemiſta.

Ej. *Tractatus de eſu carnium pro ſuſtentatione ordinis Cartuſienſis contra Iacobitas.*

Ej. *Breuiarium practicae a capite vsque ad plantam pedis.*

Ej. *comment. in ſcholam Salernitanam* ſupra memorauimus.

Operum ed. princeps Venet. 1504. fol.

it. c. annotat. Nicol. Taurelli (ex ed. Joach. Baudiſii) Baſil. 1585. fol.

Arnaldi quoque nomen nonnullis Magiſtri Magnini operibus praefixum legitur v.c. Ej. *proprietatibus multarum aquarum.*

§. 123.

§. 123.

Raymvndvs Lvllvs Maiorcanus .†. 1315. itidem philoſophus per ignem, primus ſpiritum vini deſtillaſſe dicitur, quod tamen illuſtre inuentum alii Villanovano tribuunt *c*).

Opera eius, quae plurima et maxime memorabilia chemicorum inuentorum ſeminia continent, iunctim prodierunt Argent. 1598. 8.

PATHOLOGI. PRACTICI. etc.

§. 124.

Petrvs Jvlianvs ſ. Hispanvs (poſthac Papa nomine Johannis XX vel XXI.) .†. 1277.

Ej. *theſaurus pauperum* ſ. *de medendis humani corporis morbis.*

Antwerp. 1497. 4. et al.

Ej. *canones medicinae;*

de formatione hominis;

de oculis;

de medenda podagra;

Conſilium de tuenda valetudine ad Blancham *matrem* Ludovici Sancti.

Ej. *comm. in artem paruam* Galeni ſupra citauimus.

c) Cf. Astrvc *hiſt. de la fac. de Montpellier* pag. 162.

Joh. Andr. Köhler *Nachricht von Pabſt* Iohann XXI. *welcher als ein gelehrter Arzt berühmt iſt.* Gotting. 1760. 4.

§. 125.

Bernardvs de Gordonio, Scotus, Bruni chir. fil. †. c. 1305. Prof. Monſpelienſis.

Ej. *Lilium medicum, practica* Gordonii *dicta.* Lugd. 1474. 8. (?) Venet. 1494. fol.

§. 126.

Petrvs de Apono ſ. Abano †. 1316.

Magiae inculpatus. Ex primis ſcholae medicae *Patavinae* profeſſoribus.

Cfr. Jac. Phil. Tomaſini *gymnaſium Patavinum* Vtini 1654. 4. pag. 11.

Nic. Comneni Padadopoli *hiſt. gymnaſii Patavini.* Ven. 1726. fol. vol. I. p. 278 ſq.

Jac. Facciolati *faſti gymnaſii Patavini.* Patav. 1757. P. I. pag. 45 ſq.

Ej. Aponi *conciliator differentiarum medicarum.* Venet. 1471. fol. ib. 1483. fol. Papiae 1490. Venet. 1504. it. 1520. ib. 1548. ib. 1565. omnes in fol.

Spuria quae eius nomen ferunt *elementa magica* acceſſerunt non magis genuino Agrippae de cerimoniis magicis L. 1565. 8.

§. 127.

§. 127.

Matthaevs Sylvaticvs ſ. Jo. Mantvanvs vulgo *Pandectarius*, cl. Sec. XIV. ineunte. medicus Salernitanus *d*)

Ej. *liber pandectarum medicinae ad* Robertum *Siciliae regem.* (ordine alphabetico)

Bonon. 1474. fol.

Venet. 1507. fol.

Taurini 1526. fol.

§. 128.

Nicol. Nicolvs de Falconiis Florentinus †. 1412.

a Nicolao Nicolio ſ. Nicolao Florentino paulo ſerioris aeui maecenate meritiſſimo probe diſtinguendus.

Hic noſter non vulgaris ingenii et doctrinae medicus erat.

Ej. *Sermones medicinales* VII. — Venet. 1491. III. vol. fol. ib. 1533. IV vol. fol.

Cfr. *Ritratti d'uomini ill. Toſc.* vol. IV. No. XII. (icon vero ſuſpecta mihi videtur, nuperioris aetatis ni fallor virum exhibens).

d) Calamitates eius coniugales lepide celebrauit Jo. Boccaccius in *Decamerone* Giorn. IV. nouella 10. Cfr. Dom. Mar. Manni *iſtoria del Decamerone etc.* P. II. pag 319.

§. 129.

VALESCVS (BALESCON) DE TARANTA Monſpelienſis .†. c. 1418.

Vniuerſae fere medicinae latinobarbarorum et Arabiſtarum compendium dedit cui titulus: *Practica medicinae quae Philonium inſcribitur.* Lugd. 1490. fol.

Venet. 1502 fol.

it. Stylo comtiore, accommodante Jo. Hartm. Beyer Francof. 1599. 4.

et c. praef. G. Wolfg. Wedelii ibid. 1680. 4.

CHIRVRGI

§. 130.

Anatomes quam diximus reſtaurationem neceſſario ſequi debuit luculentum chirurgiae incrementum, quae primum in Italia tum vero maxime in Gallia culta eſt, poſtquam Jo. PITARDVS a. 1260 collegium Chirurgorum Lutetiae fundaſſet.

§. 131.

GVIL. DE SALICETO .†. c. 1277.

Prof. Veronenſis.

Ej. *Chirurgiae* L. V.

Venet.

Venet. 1470 (?) ib. 1546. fol.

§. 132.

Rogerivs Salernitanus.

Acad. Monſpelienſ. Cancellarius.

Ej. *chirurgia.*

c. Guidone de Cauliaco et al. Venet. 1499. fol.

Id. *de phlebotomia*

c. Albucaſi Baſil. 1541. fol.

§. 133.

Lanfrancvs Mediolanenſis cl. ſub init. Sec. XIV.

Ej. *practica quae dicitur ars completa totius chirurgiae*

c. Guidonis de Cauliaco ed. citata.

§. 134.

Gvido de Cavliaco. cl. Sec. XIV. medio. Clementis VI. papae archiater Auenioni. tremendam vidit et deſcripſit peſtem quae inde ab a. 1347 – 50 per vniuerſum fere orbem antiquum ingenti ſtrage ſaeuiit, et a Boccaccio in decameronis praefamine tam graphice depicta eſt.

Inſti-

Inſtitutiones eius chirurgicae, (quarum prooemium criticam ſynopſin litteraturae eius aetatis medicae continet,) diu pro claſſico canone habitae et ſaepiſſime editae ſunt.

v. c. in collectione eius aeui chirurgorum, iunctim cum Rogerio, Lanfranco aliisque. Venet. 1500 fol.

alia mihi eſt curata editio ſ. l. et a. per Vincent. de Portonariis (typogr. Lugdunenſ.) 8 maj.

gall. per Laur. Joubert Rotomagi 1615. 8.

it. *lat.* ex paraphraſi Jo. Tagaultii c. al. ſcriptorib. chirurg. (ex ed. Conr. Geſneri) Tigur. 1555. fol.

PHILOSOPHI et LITTERATORES

§. 135.

Rogervs Baconvs Ilceſtrienſis anglus †. 1284.

Vir ſummus, vulgo *Doctor mirabilis* dictus, et ob ſingularem, in chemicis et dioptricis praeſertim doctrinam, magiae inculpatus.

Ej. *opus maius de vtilitate ſcientiarum.*

ex ed. Sam. Jebb Lond. 1733. fol.

Pluri-

Pluribus de ipſo egit popularis eius Freindius *hiſt. med.* p. m. 537 ſqq.

§ 136.

Nicol. Regivs (de Reggo) Calaber cl. c. 1363.

Graece et latine doctus, Roberti Siciliae regis iuſſu Galeni opera adhucdum non niſi ex Arabicis verſionibus latine facta, ex ipſo graeco archetypo denuo transtulit.

SECTIO

SECTIO VIII.

RESTAVRATIO LITERARVM.

§. 137.

Non obſtantibus quos praecedenti ſectione recenſuimus viris, in vniuerſum tamen barbaries medio quod vocant aeuo adeo inualuerat *e*), vt de omni ſolidiore doctrina actum fuiſſe videretur, niſi verſus medium Sec. XV. biga virorum valde diuerſi quidem ordinis, Turcarum ſcil. imperator et ſenex quidam in Hollandia ſcabinus, quanquam aliud quaſi agentes alto ſomno ſopitas excitaſſent muſas.

§. 138.

Alter nempe, Amurates, cum a. 1430 Theſſalonicam expugnaſſet, eius vrbis incola THEODORVS GAZA vir doctiſſimus in Italiam profugit, quem ſequentibus luſtris funditus euerſo

e) En ſpecimen ignorantiae graecarum literarum eius temporis, ex Sylvatici quem diximus *pandectario:* "*Obtalmia* eſt apoſtema oculi, dictum ab *ob* quod eſt contra et *talmon* quod eſt oculus, quaſi contra oculum."

euerſo per Mohhammadem II. regno byzantino plures ſecuti ſunt, qui a magno maecenate LAVRENTIO MEDICES ambabus quod dicunt manibus excepti, ſolidiora et Graeca maxime ſtudia illic denuo reſuſcitarunt.

§. 139.

Alterum vero faciunt LAVRENTIVM JANSZON, vulgo dictum COSTERVM Haarlemi Scabinum, quem cum circa eadem tempora otiandi cauſa in ſyluam aliquando ſe contuliſſet, litteras cortici inciſas volae manus impreſſiſſe aiunt, qui luſus ſeria ducens, incunabula artis typographicae dederit *f*), ſummi ad reſtaurandas et diuulgandas ſcientias adminiculi.

Prima tentamina typographica integris conſtabant tabulis quibus totae paginae erant inciſae. Specimen eiusmodi libri a medico profectum, eſt: *Die Kunſt Cyromantia-hatt*

zu

f) Prolixae diſputationes ſuper hocce alioue artis typographicae inuentore et inueniendi occaſione, notae ſunt, nec huius loci. Laurentium tuetur Meermannus in *originib. typographicis.* Hagae Com. 1765. 4.

zu deutſch gemacht Dr. Hartlieb *am Freitag nach Conceptionis Marie virginisglorioſiſſime 1448.* fol. min. (v. Heinecken *Nachrichten von Künſtlern und Kunſtſachen* Vol. II. pag. 238. ſqq.)

Ad primos vero medici argumenti libros qui *mobilibus typis* et anno impreſſionis annotato editi ſunt, pertinent, quos ſupra ad Petr. de Creſcentia et Petr. de Apono citaui.

§. 140.

Vti autem ars typographica vniuerſae literarum reſtaurationi maximopere fauit, ita aliud eiusdem aeui nobiliſſimum inuentum medicinae incrementum, praeſertim anatomes et botanices, apprime auxit: artificium ſcil. *icones ligno incidendi*, quod quantum iis quos diximus ſcientiis profuerit neminem latebit vel de magni Veſalii, et Tragi, Fuchſii et Conr. Geſneri operibus cogitantem. Imo aut grauiter fallor, aut ipſi huic arti buxo incidendi tribuo tam celerrima tamque ſtupenda fere incrementa, quibus anatome et botanica poſt ipſam de qua nobis ſermo eſt literarum reſtaura-

reſtaurationem, omnes reliquas ſcientias longiſſime ſuperauit.

Primas id genus icones *botanicas*, ni fallor, exhibet *ortus ſanitatis* ſ. *de herbis ac plantis*, cuius editio princeps in 4. ſ. l. et a. ſed vt idoneis iudicibus videtur, Moguntiae apud Petr. Schöffer de Gernſzheim vnum ex artis typographicae inuentoribus prodiit. Poſteriores editiones longe auctiores in fol. tribuunt Jo. CVBAE primum Auguſtae Vindelicorum, tum Francofurti artem exercenti. Pars altera operis quae *tractatus de animalibus et lapidibus* audit, JAC. quendam MEYDENBACH auctorem agnoſcere fertur. (cfr. *Mémoires de la Soc. de Médec. de Paris* Vol. III. pag. 535. not. 3)

Iſtum Moguntinum hortum excepit *Herbarius Patauie impreſſus anno domi. et cetera* LXXXV. 4. ſimilibus plantarum figuris maxime rudibus diſtinctus.

Primae animalium icones, et quidem non vulgarium et *zoologico* ſcopo exhibitae, quae mihi quidem innotuerunt, extant in *Dialogo creaturarum* Alexandri Anglici. Goudae. 1480 fol. tum in CONR. MEGENBERGER *Buch der Natur* Aug. Vindel. 1482. fol. et in *Tractatu de animalibus* quem dixi.

H Super

Super primis *anatomicis* iconibus diſputatum eſt. Vulgo quidem, aſt falſo tribuuntur Magno Hvndt Magdeburgenſi, qui demum Prof. Lipſ. a. 1519 obiit, et cuius *antropologium* ib. 1501. 4. prodiit. (Vid. Jo. Zach. Platner *progr. de* M. Hundt *tabular. anatomicar. vt videtur auctore* Lipſ. 1734. 4.) Primo enim iam antea, ſaepius citato *Tractatui de animalibus* ſceleti humani icon inſerta eſt. Tum vero etiam Splanchnologicas figuras, et quidem Hundtianis praeſtantiores ad manus habeo in Jo. de Ketham, Alamanni, *faſciculo medicine.* Venet. 1500. fol. Verum et hae ſatis rudes ſunt. Longe meliores ad viuum fieri curauit a. 1517 Wendelinvs Hack Brackenauio-Würtenbergicus, medicus Argentinenſis, perito vſus delineatore Jo. Waechtlin. Extant in libro Lavr. Phriesen Colmarienſ. cui titulus: *Spiegl der Artzny desgleichen vormals nie von keinen Doctor in Tütſch vſsgangen. iſt nützlich und gut allen denen ſo der Artzt Rat begern, auch den geſtreifelten Leyen welche ſich unterwinden mit Artzney umzugohn.* Argent. 1519. fol.

§. 141.

Verum nouum idemque ſummi momenti incrementum ars ſalutaris cepit, cum verſus finem

finem Sec. de quo agimus XVti vtraque India detegeretur: occidentalis ſcil. Chriſtophori Coloni auſpiciis a. 1492; orientalis autem a Vaſco de Gama a. 1497. Exoticorum ſtudium ab eo inde tempore nouam quaſi vniverſae hiſtoriae naturali et materiae medicae faciem impertiit, vt de inſigni augmento taceam quod phyſiologiae ex varietatum generis humani vberiore et curatiore notitia acceſſit.

§. 142.

Denique et illud magis magisque excolendae medicinae circa id tempus fauit, quod vti aliae morborum ſpecies ſenſim in Europa diſparuerunt, (vt lepra, quae antea per expeditiones cruciatas in occidentem illata erat,) ita e contrario noua (et antehac aut nunquam aut rarius ſaltim et ſub mitiori facie viſa) grauiorum morborum genera ibi comparebant. Vt *ſcorbutus* a. 1482. primum in Germania viſus. *Sudor* ſic dictus *Anglicanus* a. 1483. *Petechiae* ſ. *lenticulae* in Italia a. 1501. et ſ. p.

§. 143.

Maxime vero hic nominanda venit *lues venerea*, quae ſiue tota noua ex Antillicis inſu-

lis in Europam transplantata fuerit, ſiue, quae nuperorum quorumdam opinio eſt, ſeminia eius antea iam in antiquo orbe extiterint, certo tamen primum a. 1493 tremenda ſymptomatum vehementia erupit et maximam ſenſim vniuerſi orbis partem, mitior tamen ſeculorum decurſu facta, peragrauit.

Jo. Aſtruc opere infra citando.

Phil. Gabr. Hensleri v. cl. hiſtoriam luis venereae ſupra citauimus.

Aloyſ. Luiſini Utinenſis *Aphrodiſiacus* Venet. 1566. II vol. fol.

it. c. praef. Boerhaavii Lugd. Bat. 1728. fol.

(Hic finit Jo. Freindii *hiſt. medic.*)

SECTIO

SECTIO IX.

SECVLI XVIti PRIVS DIMIDIVM.

ANATOMICI.

§. 144.

Quod ſuperiore ſectione de incrementis dictum eſt, quae ſub reſtauratione literarum ars ichnographica rei medicae et naturali hiſtoriae attulit, id multo luculentius confirmatum videmus ea hiſtoriae noſtrae periodo ad quam nunc accedimus, qua ſummum iſtud faſtigium, quod anatome praeſertim tunc temporis attigit, maxime celebrium pictorum auxilio debetur, quo iſtius aetatis medici feliciter vſi ſunt.

Et primo quidem loco hic nominandus venit MARCVS ANTONIVS DE LA TORRE Patauinus . †. 1512. Profeſſor anatomes tum in academia patria tum in Ticinenſi: omnis curatioris anatomes humanae reſtaurator et tabularum anatomicarum ad ipſam naturam perfectarum auctor primus et princeps.

Hic enim a coeca ſuperſtitione deflectens qua inde a ducentis fere retro annis Mundini tenue opuſculum ſequebantur profeſſores, partim ad Galeni vberiores fontes, tum vero maxime ad ipſum naturae ſtudium et humanorum cadauerum ſectionem rediit, adhibito laboris ſocio principe id temporis pictore Leonardo da Vinci, qui partes a Turrio diſſectas ſummo ſtudio rubrica delineauit et poſtmodum lineis atramento ductis diſtinxit. Praematura morte abreptus Turrius tabulas ſuas edere quidem nequiuit, extant autem adhuc claſſica haec anatomes cimelia in ſplendido illo theſauro picturarum linearium a ſummis artificibus delineatarum, quae in bibliotheca auguſtiſſimi Magnae Britanniae Regis ſeruantur.

Super M. Ant. de la Torre v. poſt alios I. C. W. Moehſen v. cl. *Beſchr. einer Berlin. Medaillen-Sammlung, die vorzüglich aus Gedächtnis-Münzen ber. Aerzte beſteht.* Vol. I. Berol. 1773. 4. pag. 129. ſqq.

De Leon. de Vinci autem, eiusque cum Turrio neceſſitudine cfr. G. Vaſari *vite de pittori* Vol. II. pag. 8. edit. Rom. 1759. 4.

Circa

Circa ipſas autem iſtas tabulas anatomicas videſis Guil. Hunter *two introductory Lectures* Lond. 1784. 4. pag. 37. ſqq.

§. 145.

Jacobvs Berengarivs. quem a patria vulgo Carpvm vocant. †. 1550.

Prof. Ticinenſis, inde Bononienſis.

Ipſe delineandi peritus, et cuius guſtum extollit ſummus eius aetatis ſculptor et aurifaber Florentinus Benvenutus Cellini *g*).

Ej. *Commentaria ſupra anatomiam* Mundini. Bonon. 1521. 4.

Ej. *Iſagoge in anatomiam corporis humani.* Bonon. 1523. 4. Argent. 1530. 8.

Ej. *de fractura caluariae* L. Bonon. 1518. 4. Lugd. Bat. 1715.

§. 146.

Excipit hunc illuſtris iſtius temporis triumviratus Veſalii, Fallopii et Euſtachii, quae ſummorum virorum triga plus in anatome humana praeſtitit, quam omnium anatomicorum, qui eam praeceſſerunt iuncti labores.

g) *Vita di* B. Cellini *da lui medeſimo ſcritta* pag. 32. ſqq.

ANDREAS VESALIVS Bruxellenſis. †. naufragus in Zacyntho inſ. a. 1564. et 58.

Profeſſor Patauinus, tum Bononienſis, poſthac Piſanus, demum archiater Caeſar. et Hiſpan. regis.

Inaudito tunc temporis exemplo parcus Galeni admirator magno, quod mox citabimus opere, multum auctoritatem eius minuit, propria tropaea ſuper eius ruinis erigens.

a magno Titiano in delineandis pulcherrimis figuris ſuis anatomicis buxo incidendis adiutum fuiſſe, maxime probabilis coniectura eſt *h*).

Ej. epitome *libror. de c. h. anatome.* Baſil. 1542. fol. maj.

Ej. *de corporis humani fabrica* L. VII.

ed. pleniſſ. et pulcherr. Baſil. ap. Oporin. 1555. fol.

H. Palmat. Leveling *anat. Erklärung der Original-Figuren von* Andr. Veſal. Ingolſt. 1783. fol.

Ej.

h) V. cl. Moehſen *Verzeichniß einer Sammlung von Bildniſſen gröſtentheils ber. Aerzte* Berol. 1771. 4. pag. 80. ſqq.

Ej. Veſalii epiſtola *rationem modumque propinandi radicis Chynae decocti, quo nuper* Carolus V. imp. *vſus eſt, pertractans.* Baſil. ap. Oporin. 1546. fol. min.

Ej. *Examen obſeruationum* Fallopii Venet. 1564. 4.

recuſ. ſtudio Jeſſenii à Jeſſen. Hanov. 1609. 8.

Opera ex edit. Boerhaavii et Bern. Sigfr. Albini LB. 1725. II Vol. fol.

Ej. *paraphraſin* L. IX*mi* Rhazis *ad* Almanz. ſupra citauimus.

Vitam operibus praemiſit Albinus.

plurima ad eam facientia ipſe refert *ep. de radice chynae.*

§. 147.

Gabriel Fallopivs Mutinenſ. †. 1563. aet. 40.

Prof. Ferrariae, Piſis et Patavii.

Nomen eius ferunt tubae vteri, aquaeductus auris et ligamenta aponeurotica muſculor. obliquorum abdominis.

Ej. *obſeruationes anatomicae* Venet. 1561. 8.

Reliqua poſthuma ſunt:

Ej. *expoſitiones in* Galeni *l. de oſſibus* Ven. 1570. 8.

Ej. *Comment. in* Hippocratem *de capitis vulneribus* ib. 1566. 4.

Ej. *de vlceribus et de tumoribus* L. ib. eod. 4.

Ej. *de vulneribus* ib. 1571. 4.

Ej. *de morbo gallico Tract.* Patav. 1564. 4. it. in Luiſini collect.

Opera Venet. 1606. fol.

De anecdotis magni viri anatomicis, quae inter codices Meibomianos bibliothecae Goettingenſis extant alias notitiam dedi *i*). Patet exinde praeter alia, Fallopium iam 1553 valuulae coli *eiusque vſus* plenam notitiam habuiſſe, diu ante Poſthium, Caſp. Bauhinum alioſue quibus vulgo celebre illud inuentum tribuitur.

§. 148.

Bartholomaevs Evstachivs Sancto-Seuerinas †. 1570.

Profeſſor Romanus, Car. Borromaei medicus.

Valuulae et tubarum ſui nominis inuentor.

Ej. *Opuſcula anatomica* Venet. 1564. 4.

conti-

i) *Medicinische Bibliothek* Vol. I. p. 372. ſqq.

continent libellos *de renibus*, *de auditus organo*, *oſſium examen*, *de motu capitis*, *vena ἀζυγος*, *vena profunda brachii* et *de dentibus*.

Maſculus Galeni defenſor, acer noui dictatoris Veſalii cenſor, maius meditauerat opus *de anatomicorum controuerſiis*, cui XXXIX tabulae deſtinatae erant. Morte autem impeditus, interiit textus, tabulae vero per ſeſquiſeculum latuerunt donec a. 1712 reperirentur.

ed. princeps ipſarum iconum originalium, c. praefat. et notis Jo. Mar. Lanciſii. Rom. 1714. fol.

Saepius recuſae eaedem tabulae autographae. nuperrime v. c. c. explicatione breuiſſima Andr. Maximini. Rom. 1784. fol.

in easdem *commentaria* (poſthuma) G. Martine. Edinb. 1740. 8.

Bern. Sigfr. Albini *explicatio* earundem ed. pleniſſ. LB. 1761. fol.

Vitam viri ſummi ſcripſit Bern. Gentilis quae Petriolanae editioni tabularum Rom. 1740 fol. praefixa eſt.

§. 149.

§. 149.

CAROL. STEPHANVS (Roberti typographi frater) .†. in carcere 1564.

EJ. *de diſſectione partium c. h.* L. III. Pariſ. 1545. fol.

tabulas curante STEPH. RIVERIO chirurgo.

EJ. Stephani *praedium ruſticum.* Pariſ. 1554. 8.

§. 150.

REALDVS COLVMBVS Cremonenſis .†. 1577 Veſalii diſcipulus, Prof. Patauinus, poſt Piſanus, poſtremo Romanus; familiaris Michaelis-angeli Bonarotae.

EJ. *de re anatomica* L. XV. Venet. 1559. fol.

ed. Francof. 1593. 8. aucta *obſeruationib. anatomicis* Jo. POSTHII Germershemii, Profeſſoris primum Würzburgenſis, tum Heidelbergenſis.

(De Poſthio cf. Bruckeri *Ehrentempel* Nro. 16. pag. 63.

§. 151.

Jo. PHIL. INGRASSIAS Ragalbutenſis-Siculus .†. 1580.

Prof. Neapolitanus, poſt Panormitanus.

EJ.

Ej. *in* Galenum *de oſſibus commentaria* (poſthuma) Panormi 1604. fol.

Ej. *informatione del peſtifero e contagioſo morbo il quale ha afflitto Palermo nell'a* 1575. 76. Panormi. 1576. 4.

Ej. *Quaeſtio de purgatione per medicamentum, de ſanguinis miſſione etc.* it. *Ducis* Terraenouae *caſus et curatio penetrantis in thorace vulneris etc.* — it. *quod veterinaria medicina formaliter vna eademque c.nobilior ehominis ſit etc.* Venet. 1568. 4.

§. 152.

Mich. Servetvs (al. Reues) Villanouanus Arragonenſis. — viuicombuſtus prope Genevam. d. 27 Oct. 1553. aet. 44.

Ej. *Syruporum ratio.* Pariſ. 1537. 8. et al.

Ej. *chriſtianiſmi reſtitutio* (Viennae Allobrog.) 1553. 8.

Opere hoc, auctori ſuo fatali et immenſae raritatis (cuius exemplar Dux de la Valliere 3810 libr. redemerat), multa continentur phyſiologici argumenti maxime memorabilia; et quidem Vto praeſertim libro *de trinitate diuina* in quo agitur *de ſpiritu ſancto,* celeber

celeber extat locus quem a Thomae Bartholini inde temporibus de circulatione ſanguinis Harvaeana interpretati ſunt.

Jo. Laur. de Mosheim *anderweitiger Verſuch einer Ketzergeſchichte* Helmſt. 1748. 4.

Ej. *neue Nachrichten von* Mich. Serueto. ib. 1750. 4.

BOTANICI.

§. 153.

Vniuerſae botanices reſtauratio vnice *Germanorum* induſtriae debetur.

Et primus quidem icones ſtirpium curate ad naturam factas exhibuit Otho Brvnfels Moguntinus .†. 1534.

Ludi moderator Argentinenſis tum poliater Bernenſis.

Ej. *Contrafayt Kreuterbuch vormals in teutſcher Sprach der maſsen nye geſehen noch im Truck auſsgangen.* Argent. 1532. II vol. fol.

et plenius *lat.* ſ. t. *Herbarum viuae icones ad naturae imitationem imitatae* ibid. 1537. III vol. fol.

Ej. *Catalogus illuſtrium medicorum* ſ. *de primis medicinae ſcriptoribus.* Argent. 1530. 4.

§. 154.

§. 154.

Vterque CORDVS pat. et fil.

Ille EVRICIVS, (antea dictus HENR. URBANVS) Simeshuſa-Haſſus. †. Bremae 1535.

Primus in recens fundata Marpurgenſi academia Profeſſor medic.

Ej. *botanilogicon* ſ. *colloquium de herbis* Colon. 1534. 8.

Ej. *nützlich Büchlein für die grauſame Plage des Stein-Wehthumbs.* c. praef. Jo. Dryandri extat in *Artzneybuch faſt wunder-köſtlich.* Regiomont. 1555. 4.

Vitam viri ſcr. Jo. H. Meibomius praefixam editioni epigrammatum et reliquor. operum poeticorum Euricii. Helmſt. 1614. 8.

Tum Wigandus Kahler peculiari ſcripto. Rintel. 1744. 4.

VALERIVS CORDVS, Euricii fil. †. Romae 1544. aet. 29.

Maxime ſpei iuuenis vniuerſam hiſtoriam naturalem ardentiſſime coluit.

Petrefacta et foſſilia viciniae noſtrae legit, piſces marinos deſcripſit etc.

Opera eius poſt humum edidit Conr. Geſnerus. Argent. 1561. fol. quibus continentur: *Adno-*

Adnotationes in Dioſcoridem.

hiſtor. plantarum L. IV.

Sylua obſeruationum qua rerum foſſilium in Germania plurimarum etc. notitiam perſequitur. c. aliis Cordi, it. BENED. ARETII et editoris Geſneri.

L. Vtus hiſtoriae plantarum ſucceſſit Argent. 1563. fol.

EJ. *Diſpenſatorium pharmacorum* Norimb. 1535. 8.

primum poſt renatas litteras id genus opus.

Vitam ſcripſit Hier. Schreiber, praefixam L. Vto quem citauimus.

§. 155.

HIERON. BOCK ſ. TRAGVS Heidenbaco-Bipontinus †. 1554.

Parochus et medicus Hornbacenſis.

EJ. *New Krewterbuch* Argent. 1546. fol.

lat. per Dav. Kyber Argent. 1552. 4. c. docta praefat. Conr. Geſneri qua ſuccincta botanices hiſtoria continetur.

Icones plantarum delineauit Dav. Kandel.

§. 156.

Leonhard Fvchs Wemdinga - Sueuus. †. 1566.

Primum Ingolſtadii, tum Tubingae Prof.

Ej. *De hiſtoria ſtirpium commentarii inſignes* Baſil. ap. Mich. Iſingrin. 1542. fol.

germ. auctius ſ. t. *New Kreuterbuch.* ibid. 1543. fol. (vtraque edit. ſplendida).

Pulcherrimas plus quam 500 plantarum icones maſculo ſcalpello ligno incidit egregius artifex Veit Rudolf Speckle.

Ipſas tabulas archetypas vidi Tiguri apud deſideratiſſimum Schinzium, qui Centuriam earum ſelectam, in ordinem Syſtematis ſexualis Linnaeani redactam, vtiliſſimo inſtituto recudi curauit et vernaculo commentario illuſtrauit Tig. 1774 fol.

inter numeroſas harum iconum minore forma repetitiones, elegans ad manus eſt edita Lugd. 1595 8.

Ej. Fuchſii *paradoxorum medicinae* L. III. Baſil. 1535 fol.

G. Hizler *or. de vita* Leon. Fuchſii. Tubing. 1506. 4.

§. 157.

Ingens quoque ea aetate acceſſit plantarum ſtudio incrementum et maximum ſubſidium *hortis* quos vocant *medicis*, qui primi tunc temporis coli ceperunt. Primum privati Eurycii Cordi, Conr. Geſneri etc., tum academici, quorum primus extitit Patavinus a. 1533. et ſ. p.

cf. Geſneri praef. ad *Hortos Germaniae* Val. Cordi operibus inſertos p. 238. ſqq.

SCRR. HISTORIAE NATVRALIS.

§. 158.

Ex eadem *Germania* quae ſola fere botanicen reſtituit, reliquae quoque naturali hiſtoriae praeclara lux affulſit, eo praeſertim egregio inſtituto, quo tunc demum *theſauri rerum naturalium* colligebantur, *muſea* ſic dicta condebantur. Mirum quidem dictu in tam vniuerſali omnis pene aeui naturae ſtudio tam ſero tamen homines de colligendis et aſſeruandis rebus, quae ad id ſtudium pertinent, cogitaſſe. Quae enim apud veteres, et medio quod dicunt aeuo, paſſim in templis condebantur prodigia, huc non pertinere vix monitu opus eſt.

§. 159.

§. 159.

Primus quantum noui mortalium, qui ſcientificum in finem res naturales ſtudioſe vndique collegit, primum phyſiophylaceum congeſſit, Georgivs eſt Agricola, Glaucha-Miſnenſis, coaetanus Lutheri, et qui tum in valle Joachimica, tum Zwickavii et Chemnitii artem exercuit. †. 1555. Sanioris praeterea *Metallurgiae* claſſicus auctor, non vno vt patet modo de genere humano bene meruit.

Ej. *de re metallica* L. XII. Baſil. 1546. fol. et al.

germ. per Phil. Bechium Prof. Baſileenſ. Baſil. 1557. fol.

Ej. Agricolae *de ortu et cauſis ſubterraneor.* L. V.

de natura eorum, quae effluunt ex terra L. IV.

Bermannus *ſ. de re metallica* L. I.

de natura foſſilium L. X.

de veteribus et nouis metallis L. II.

Iunctim haec prodierunt Baſil. 1546. fol.

et cum ſupra citatis L. XII. *de re metallica* Baſil. 1657. fol.

Ej. *de menſuris et ponderibus* Romanorum atque Graecorum L. V.

de externis menſuris et ponderibus L. II. etc.

de precio metallorum et monetis L. III.

haec ſimul edita ſunt Baſil. 1550. fol.

§. 160.

Huic iungendus popularis eius Jo. KENTMANN Dresdenſis. †. 1568.

medicus Torgavienſis, itidem ſtudioſus rerum naturalium collector.

Ej. *Nomenclaturae rerum foſſilium quae in Miſnia praecipue et in aliis quoque regionibus inueniuntur.*

it. Ej. *calculorum in corpore humano genera* XII.

vtrumque opus extat apud Conr. Geſnerum *de omni rerum foſſilium genere* Tig. 1565. 8.

§. 161.

Excipiat hos vir immortalis, et cui ſiue immenſum doctrinae ambitum ſiue indefeſſum naturae ſtudium ſpectes ab Ariſtotelis inde temporibus nemo par extitit, ipſe ille CONR. GESNER Tigurinus. †. 1562. peſte.

Inſtau-

Inſtaurator omnis ſtudii *hiſtoriae literariae: philologus* ſummus, de Galeno totque aliis medicis veteribus impenſe meritus: maxime autem vniuerſae *naturalis hiſtoriae* cultor ſtrenuus et ſuper ea auctor claſſicus.

Incredibile dictu quantum vir ſummus, qui vix annum aet. 46 viuendo attigit, improbo labore profecerit, vel ea ſi ſpectes, quae typis euulgauit, et quae non niſi pars ſunt eorum, quae manuſcripta reliquit, et quorum ingentem vim admirabundus vidi Tiguri apud dignum tanto nomine abnepotem, venerandum Jo. Geſnerum.

Non niſi pauca e numeroſis Conradi ſcriptis citare liceat:

Ej. *hiſtoria animalium* L. V. viz. de quadrupedibus viuiparis, auibus, quadrupedibus ouiparis, ſerpentibus, et de piſcibus aliisque marinis.

ed. princeps Baſil. 1551. V vol. fol. (ordine alphabetico).

Collectanea eius ad inſectorum hiſtoriam pertinentia, poſthuma inſerta ſunt *theatro inſectorum* Th. Mouſſeti Lond. 1634. fol.

Ej. Geſneri *icones animalium et nomenclator* ed. 2. (plenior) Tig. 1560. fol. (ordine ſyſtematico).

Vtiliſſimi operis (quod *hiſtoriae animalium* compendium quaſi eſt, icones tamen paſſim nouas aut emendatiores continet,) exempla quaedam ad naturam viuis coloribus quam curatiſſime diſtingui curauit Geſnerus, quale illud, quod mihi ad manus eſt.

Baſil. Fabri *epitome hiſtoriae animalium* Geſneri. Lipſ. 1572. fol. extat ad calcem priorum editionum *theſauri* eius *eruditionis ſcholaſticae*.

Ej. Geſneri *catalogus plantarum, latine, graece, germanice et gallice.* Tig. 1542. 4.

ID. *de herbis quae lunariae nominantur* etc. Tig. 1555. 4.

Primus quoque *tulipam* deſcripſit, in Val. Cordi operibus ſupra memoratis pag. 213. ſq.

Ex iconibus plantarum nitidiſſimis quas Geſnerus maiori ſtirpium hiſtoriae deſtinauerat, poſthumum millenae circ. ingreſſae ſunt Joach. Camerarii editionem *epitomes* Matthioli Francof. 1586. 4.

reliquas

reliquas edidit cl. Schmiedel ſ. t. Geſneri *opera botanica.* Norib. 1754 et 59. II Vol. fol.

ID. Geſnerus *de rerum foſſilium, lapidum et gemmarum maxime, figuris et ſimilitudinibus* Tig. 1565. 8.

ID. *de lacte et operibus lactariis* Tig. 1541. 8.

recudi fecit c. al. ſimilis argumenti opuſculis cl. J. G. F. Franzius Lipſ. 1779. 8.

EJ. *epiſtolae medicinales* L. III. Tig. 1577.

L. IVtus ſucceſſit Viteberg. 1584. 4.

Vitam viri praeſtantiſſimi deſcripſerunt Joſ. Simlerus integro opere Tig. 1566. 4. et cl. Schmidel in fronte *operum* Geſneri *botanicorum.*

cf. Bruckeri *Ehrentempel* No. 6. p. 21.

it. *Neujahr - Stück an die Züricheriſche Jugend ab der Chorherren.* 4tes St. auf a. 1782. 4.

§. 162.

PETR. BELONIVS Cenomanus. †. Romae 1563.

c. Petr. Gyllio orientem inuiſit.

EJ. *obſervations de choſes trouvées en Aſie.* Paris 1553. 4.

lat. per Car. Cluſium c. huj. *exoticis* infra memorandis.

Ej. Belonii *hiſtoire des Oiſeaux.* Par. 1555. fol.

id. *de la nature des poiſſons* ib. eod. 8. transv.

§. 163.

Gvil. Rondelet Monſpelienſis. †. 1566. aet. 59.

Facultatis medicae patriae Cancellarius.

Ej. *de piſcibus marinis* L. XVIII. Lugd. 1554. fol.

claſſicum opus, maxime quoque ad anatomen comparatam et phyſiologiam.

Ej. *aquatilium hiſtoriae* P. altera ib. 1555. fol. (rariſſ.)

Vitam eius deſcripſit Laur. Joubert, extat in huj. *operib.* P. II. pag. 150. ſqq. edit. Francof. 1599. fol.

SCRR. AD MATERIAM MEDICAM.

§. 164.

Anton. Mvsa Brasavolvs Ferrarienſis †. 1555. aet. 55.

Prof. in academia patria, polyhiſtor, polygraphus.

Ej.

Ej. *examen medicamentor. ſimplicium.* Rom. 1536. fol. Venet. 1545 8.

id. *de medicamentis catharcticis* Tig 1555. 8.

id. *examina medicaminum compoſitorum* ſecundum claſſes, ſingularibus libris edidit.

Ej. *de morbo gallico* L. extat ap. Luiſinum.

Girol. Baruffaldi *commentario all' inſcrizione eretta in Ferrara a. 1704. in memoria del famoſo* Ant. Muſa Braſavoli. Ferrara. 1704. 4.

§. 165.

Garcias ab Orta (vulgo ab Horto) Luſitanus.

Medicus proregis Hindoſtanici.

Bombaji proprium hortum medicum coluit.

Ej. *Coloquios dos ſimples o droguas da India.* Goa. 1563. 4.

lat. per Car. Cluſium. Antwerp. 1574. 8. it. in huj. *Exoticis.*

§. 166.

Christoph. A Costa in Africa natus, patre Luſitano.

Chirurgus Luſitanus Indias orientales inuiſit.

EJ. *Tratado de las droguas y medicinas de las Indias orientales.* Burgos. 1578. 4.

lat. in Cluſii exoticis.

§. 167.

NICOL. MONARDES Hiſpalenſis. .†. 1578.

Bina eius operum volumina ad manus ſunt. Alterum ſ. t. *Dos Libros. el uno que trata de todas las coſas que traen de nueſtras Indias occidentales, que ſirven al uſo de la medicina. y el otro que trata de la Pietra Bezaar, y de la yerva Eſcuerçonera.* Hiſpali. 1569. 8. Alterum ſ. t. *Segunda parte del libro de las coſas etc. etc. Va añedido un libro de la Nieve* ib. 1571. 8.

lat. in Cluſii *exoticis*, qui hunc et praecedentes libros tum animaduerſionibus tum elegantiſſimis iconibus auxit.

ID. Monardes *de roſa et partibus eius.* it. *de malis citreis, aurantiis et limoniis.* Antwerp. 1565. 8.

§. 168.

In eadem ni fallor tempora, vtile inſtitutum incidit, itidem e Germania vt videtur oriun-

oriundum, quo medicamentis in pharmacopoliis diuendendis publica auctoritate certa pretia conſtituta ſunt.

Antiquiſſima huiusmodi tabularum, quae quidem in meam notitiam venerunt, Lindavienſis eſt:

Des Apotegkers Tax zu Lyndaw jnen von eynen Erſamen Rath daſelbſt geben. Ao. 1538.

CHEMICI.

§. 169.

PHIL. AVREOL. THEOPHRASTVS PARACELSVS A BOMBAST IN HOHENHEIM natus prope pagum Einſidlen ditionis Switenſis Helvetiorum, †. Salisburgi in noſocomio a. 1541. aet. 47.

Aliquamdiu Prof. medicinae philoſophicae ſ. chemiae, it. chirurgiae et phyſices apud Baſileenſes.

EJ. *intimatio qua ſtudioſi ad nouae medicinae ſtudium vndique aduocabantur, cum eiusdem facultatis Profeſſor ordinarius crearetur,* dat. Baſileae, nonis Junii a. 1527.

Homo quidem paradoxus, indoctus, qui inaudito tunc temporis exemplo primus profeſſorum

feſſorum germanice docuit, — vagabundus, combibo, moribus et ſtylo ruſticus, impudens iactator, therapiae aſtralis, tartareae etc. et ſimilium ſomniorum auctor, lapidis philoſophici et id genus cimeliorum magno hiatu promiſſor. — Aſt meritis ſuis tamen non defraudandus, magni certe ingenii vir, medicaminum chemicorum heroicorum, praeparatorum inprimis mercurialium, antimonialium, et maxime opiatorum ſuaſor, ſuper lue venerea claſſicus auctor etc.

Scripta eius, pauciſſimis exceptis, poſthuma ſunt.

Pleniſſimam et accuratam operum Paracelſi editionem ex ipſis eius autographis, germanico ergo maximam partem idiomate, curavit Jo. Huſer Brisgous. Med. Colon. Baſil. 1589. X Vol. 4.

Super Paracelſo pluribus egerunt:

Henr. Smetius *miſcellan. medic.* pag. 683. ſqq.

Herm. Conring *de hermetica medicina.* L. II. cap. 12. p. 368. ed. Helmſt. 1669. 4.

Gottfr.

Gottfr. Arnold *Kirchen- u. Ketzer-Hiſtorie* P. II. L. XVI. cap. 22. Vol. I. p. 778. ſqq. ed. Francof. 1729. 4.

Le Clerc *hiſt. de la medecine* pag. 792–820. ed. Amſt. 1723.

Jo. Jac. Leu *Helvetiſches Lexicon* Vol. XIV. pag. 304. ſqq. 383. ſqq.

Syſtema vniuerſae medicinae Paracelſicae exhibuit Petr. Severinvs *idea medicinae philoſophicae* Baſil. 1571. 4. Erf. 1616. 8.

In acerrimis contra Paracelſi aduerſariis extitit

Th. Erastvs *diſputationum de noua medicina* Paracelſi P. I–IV. Baſil. 1572. ſq.

Aequum vero de meritis eius haud inficiandis iudicium tulerunt:

J. A. Hemmann in *mediciniſch-chirurgiſchen Auſſätzen.* Berol. 1778. pag. 7–37.

et cl. Hensler *Geſchichte der Luſtſeuche.* P. I. pag. 119–130.

PATHOLOGI, THERAPEVTAE etc.

§. 170.

Practicum iſtius aeui ſtudium ſi a pauciſſimis ſingularis ingenii viris diſceſſeris, in vniverſum tale erat, quale in tanto ſanioris *phyſiologiae* neglectu expectari licet.

Maxi-

Maxime autem cum in ſcholis Italicis, tum in Pariſina florebat.

In illis eminebant ſequentes:

Alex. Benedictvs Leguago - Veronenſis. cl. Sec. XVI. ineunte.

Prof. Patavinus et in academia patria.

Ex reſtauratoribus medicinae Graecanica poſt renatas litteras.

Ej. *de omnium a vertice ad plantam, morborum ſignis, cauſis, differentiis, indicationibus et remediis* L. XXX. (c. reliquis operibus).

Ej. *anatomiae* ſ. *hiſtoriae corporis humani* L. V. Venet. 1493. 8. ib. 1502. 4. Colon. 1527. 8.

Opera eius iunctim prodierunt Venet. 1533. fol. Baſil. 1549. fol.

§. 171.

Hieron. Fracastorivs Veronenſ. †. 1553. aet. 71.

Vir eleganter doctus, amicus Bembi, Ramuſii etc. vel *diaſcordio* ſui nominis vulgo notus.

Ej. *Syphilis* ſ. *morbus gallicus* ad Petrum Bembum. Saepiſſ. excuſum poëma.

ad

ad manus eſt edit. nitida Baſil. ap. Bebel. 1536. 8.

Opera eius *omnia philoſophica et medica* Venet. 1555. 4. Lugd. 1591. II Vol. 8.

Fr. Otto Menke *de vita moribus ſcriptis meritisque in omne litterarum genus* Hier. Fracaſtorii. Lipſ. 1731. 4.

§. 172.

NICOL. MASSA Venetus. .†. 1564.

EJ. *de morbo gallico* L. Venet. 1563. 4. et in Luiſini *aphrodiſiaco.*

ID. *de febre peſtilentiali, peſtichiis, morbillis* etc. ib. 1556. 4.

EJ. *introductorius anatomiae* ib. 1559. 4.

EJ. *epiſtolae medicinales* ib. 1558. II Vol. 4.

§. 173.

In ſchola Pariſina tunc temporis maxime claruerunt ſequentes:

Jo. GVINTERVS (Winter) Andernacenſis. .†. Argentorati 1574. aet. 87.

aliquando ludimagiſter Goslarienſis.

poſtea Profeſſor Pariſinus: reſtaurator ibi medicinae graecanicae et anatomes; in hac

adiutus

adiutus a celebri diſcipulorum biga Veſalio et Serveto.

E numeroſis viri benemerentis operibus paucos nominaſſe ſufficiat:

Ej. *de veteri et noua medicina* L. II. Baſil. 1571. II Vol. fol.

Ej. *inſtitutionum anatomicarum* L. IV. Baſil. 1536. 8.

it. ex edit. Andr. Veſalii Patav. 1558 8.

Innumera fere Galenica aliorumque veterun medicorum ſcripta edidit, vertit, commentatus eſt etc.

L. Ant. Proſp. Heriſſant *Eloge de* Gouthier d'Andernac. Pariſ. 1765. 12.

§. 174.

Jac. Sylvivs (Dubois) Ambianus † 1555. aet. 76.

Pertinax Galeni errorum defenſor aduerſus Veſalium.

Ej. Veſani *cuiusdam calumniarum in* Hippocratis Galeni*que rem anatomicam depulſio.* Pariſ 1551. 8.

it. c. Heneri *apologia pro* Veſalio. Venet. 1555. 8.

Ej.

EJ. *commentarius in* Galenum *de oſſibus,* Pariſ. 1561. 8.

EJ. *iſagoge in* Hippocratis *et* Galeni *phyſiologiae partem anatomicam* c. *obſeruatis in corporibus ſecandis* (haec obſeruata praeſtantiſſima) ib. 1555. 8.

EJ. *de medicamentorum ſimplicium praeparatione* etc. L. III. Pariſ. 1542. fol.

EJ. *methodus medicamenta componendi* L. IV. Pariſ. 1541. fol.

EJ. interpretationem Meſues ſupra citauimus.

Opera Sylvii edidit et vitam viri praefixit Renat. Moreau. Genev. 1630. fol.

§. 175.

Jo. FERNELIVS Ambianus. †. 1558. aet. 62. Regius archiatrorum comes.

Latinitatis quodam nectare Arabum et Latinobarbarorum faeces condidiſſe dictus eſt.

EJ. *de naturali parte medicinae* (i. e. phyſiologia) L. VII. Par. 1542. fol. Venet. 1555. 8.

Primam ſyſtematis medicinae partem conſtituit; reliquae prodierunt poſthumae, ſ. t.

Vniuerſa medicina, L. XXIII. *ſtudio* Guil. Plantii Cenomani. Frcf. 1574. II Vol. 8. et al.

Ej. *conſiliorum medicinalium* L. Par. 1582. 8.

Ej. *de luis venereae curatione perfectiſſima* L. Antwerp. 1579. 8.

Opera ex edit. Plantii, Genev. 1679. fol. et al.

Vitam operibus praemiſit editor.

Fuſiſſime quoque ſuper ea egit Goulin in *Mém. litteraires pour ſervir à l'hiſt. de Médec.* année 1775. pag. 286–416.

§. 176.

E reliquis huius periodi auctoribus de practica medicina bene merentibus, adhuc memorandi videntur:

Jodoc. Lommivs (van Lom) Burenſis-Geldrus.

Fernelii diſcipulus, medicus Turnavienſis, poſt Bruxellenſis

Ej. *obſeruationum medicinalium* L. III. Antwerp. 1560. 8. et al.

Opera Amſt. 1745. II Vol. 12.

§. 177.

Petr. Brissot Pictavienſis †. 1522. aet. 44. Maſculus vindex medicinae Hippocraticae.

Famoſum

Famoſum eius opuſculum et quod ingentes excitauit lites: *Apologia de inciſione venae in pleuritide.* Par. 1525. 8. ſaepe recuſ.

ex edit. Ren. Moreav c. proprio eiusdem argumenti ſcripto (quod vulgo pro canone chronologico in hiſtoria medicinae litteraria habetur,) et vita Briſſoti. Pariſ. 1622. 8.

§. 178.

Ulrichvs von Hutten Eques Franconus †. in inſula Uffnau Tigurini lacus, ditionis Suitenſis 1523. aet. 36.

Non quidem medicus, ſed maſculus libertatis germanicae pro virili propugnator, armis et facundia aeque inſignis; maxime tamen de re medica meritus egregio *de Guaiaci medicina et morbo gallico* L. cuius tum editio princeps ad manus eſt, Moguntiae ap. Jo. Scheffer 1519. 4. tum et vernacula verſio ſtudio Th. Murner. Argent. eod. 4.

Jac. Burckard *comment. de fatis ac meritis* Hutteni. Wolfenb. 1717-23. III Vol. 8.

Denkmal Ulrichs v. Hutten (auctore J. G. Herder v. vener.) in Göthen's *Schriften.* Berol. 1779. 8. Vol. IV. p. 53. ſq.

§. 179.

Ad eandem quoque periodum referre liceat, quamquam iam a. 1502 obierit, Ant. Benivenivm Florentinum, qui fere primus et princeps *k*) vtiliſſimi obſeruationum medicarum *ſingularium* inſtituti auctor cenſendus eſt.

Ej. *de abditis morborum cauſis* L. Florent. 1507. 4.

it. ad calcem Galeni *de plenitudine* et Apuleii *de viribus herbarum.* Pariſ. 1528. fol.

it. c. Scribonio Largo Baſil. 1529. 8.

§. 180.

Amatvs Lvsitanvs (al. Jo. Rodericus de Caſtello albo) cl. c. 1540.

Crypto-Judaeus, diu chriſtianam religionem mendaciter profeſſus, vagabundus homo, paradoxus ſaepe auctor, non ſine ſuſpicione legendus.

Ej.

k) De paucis aliorum, qui eum praeceſſerunt tentaminibus cfr. J. H. Meibomii praefat. ad Arn. Boot *de affectibus omiſſis.* Helmſt. 1664. 4.

Ej. *curationum medicinalium* Cent. VII. Venet. 1566. 8. Burdigal. 1620. 4. et al.

CHIRVRGI.

§. 181.

Hieron. Brvnschwig (al. Saldern) .†. aet. 110.

Chirurgus Argentoratenſis.

Primus Germanorum, qui vernacula lingua chirurgicas inſtitutiones ediderunt.

Ed. princeps ad manus eſt ſ. t. *Dis iſt das Buch der Cirurgia. Hantwirckung der Wundartzny* Argent. impr. per Jo. Grüninger. 1497. fol.

Ej. *Liber de arte diſtillandi et de compoſitis: das Buch der waren Kunſt zu diſtillieren, — u. das Buch* theſaurus pauperum, *ein ſchatz der armen genannt* micarium, *die broſamlin gefallen von den büchern der Artzny, u. durch Experiment von mir* Iheron. Brunſchwick *uffgeclubt u. geoffenbart zu troſt deren die es begeren* (Argent. 1512.) fol.

Ej. Liber peſtilentialis de venenis epidimie. *Das Buch der Vergift der peſtilentz das da*

genant iſt der gemein ſterbent der Trüſen Blatren. Argent. 1500. fol. *l*).

§. 182.

FELIX WÜRZ †. 1576.

Amicus Conr. Geſneri. Chirurgus Baſilienſis; vnguento fuſco ſui nominis vulgo notus. Ej.

l) Speciminis loco cordatioris eius aeui germanorum ſtyli ſubiungere liceat operis epilogum;

" *Durch die hilff des allmechtigen gots* „*dyſs büchlein ich* Jeronimus Brunſchwig *Wundartzet der Keiſerlichen* „*fryen ſtatt Straſsburg geendet hab mit* „*groſser mie und Arbeit, als es dan yetz* „*aufacht in etlichen landen zu ſterben, vnn* „*dyſe mie mich ſo kurtz ankummen iſt;* „*dann ich yetz hinweg ryten müſt, doch* „*underwegen lieſs, und das nach dem beſten* „*Flyſs gemacht hon, vff das die nit verhindert wurden die mich gebeten haben.* „*(vnd ob ich hie in etwas zu kurtz oder* „*zu lang het geſetzt, bit ich mit hohen* „*Flyſs das in das beſt zu wenden.) Und* „*das getruckt vnd vollendt durch Meiſter* „Hanſen Grüninger *uff mitwoch nach unſer lieben frowen hymelfart in dem iar* „*als man zalt* 1. 500 iar."

Ej. Practica *der Wundarzney*. ex edit. fratris Rudolphi, chirurgi Argentinenſis. Baſil. 1576. 8.

§. 183.

Jo. de Vigo Genuenſis.

Chirurgus papalis primarius.

Ej. *practica in chirurgia* copioſa, *ad filium* Aloiſium L. IX. Rom. 1514, fol. et al.

In omnes fere Europae linguas translatum opus.

Compendium eius extat ſ. t. *Chirurgia* compendioſa. Venet. 1520. fol. et al.

§. 184.

Petr. Franco Turriero-Prouincialis.

Claſſicus auctor artem ſuam tum in Helvetia tum Arauſioni exercuit.

Ej. *Traité des hernies*, *de la pierre*, *de la cataracte des yeux et autres maladies.* Lugd. 1561. 8. (liber rariſſimus).

§. 185.

Leon. Botallvs Aſtenſis-Pedemontanus.

Fallopii diſcipulus. Archiater gall. reg. Caroli IX. et Henrici II.

Immerito inuentor foraminis oualis habitus.

Primus immoderatum venaeſectionis abuſum apud Gallos introduxiſſe cenſendus.

Ej *de curatione per ſanguinis miſſionem* L. Lugd. 1577. 8.

ID. *de curandis vulneribus ſclopetorum* ib. 1560. 8.

Ej. *de luis venereae curandae ratione* Lib. Pariſ. 1563.

Opera eius omnia edidit, et cum animadverſionibus auxit Jo. VAN HORNE Lugd. Bat. 1660. 8.

OBSTETRICII.

§. 186.

Et obſtetriciae artis poſt renatas litteras reſtaurator germanus erat, EVCHARIVS RÖSSLIN (Rhodion) medicus Francofurtenſis.

Ej. *Der ſchwangeren Frawen und Hebammen Roſengarte.*

Ad manus ſunt editiones Argentin. 1522. 4. Aug. Vindel. 1529. 4.

ſed dedicatus eſt liber Wormatiae 1513.

Ea aetate claſſicum opus, innumeris editionibus et verſionibus euulgatum eſt.

lat.

lat. Francof. (1532) 8. et al.

Ej. *Kreutterbüch — von allen Simplicien u. Stucken der Artznei natürl. Nutz u. Gebrauch* — it. *Diſtillier-Zeug etc.* Francof. 1546. fol. et al.

maximam partem ex Jo. Cubae *horto ſanitatis*, vt ſupra iam monuimus.

§. 187.

Jacob. Rveff

poliater et lithotomus Tigurinus.

Ej. *de conceptu et generatione hominis, de monſtris etc.* L. VI. Tig. 1554. 4. Francof. 1587. 4.

germ. ab ipſo auctore verſum ſ. t. *Ein ſchön luſtig Troſtbüchle von den Empfengknuſſen u. Geburten der Menſchen.* Tig. eod. 4.

longe auctius ſ. t. *Hebammenbuch daraus man alle Heimlichkeit deſs weiblichen Geſchlechts erlehrnen könne — ſampt Anhang von Cur u. Pflegung der newgebornen Kindtlein.* Francof. 1588. 4.

§. 188.

Walther Hermann Ryff (Reif, Rivius)

medicus Argentinenſis.

Ej. *Frawen Roſengarten von vilfaltigen ſorglichen Zufallen u. Gebrechen der Mütter und Kinder.* Francof. (1545) fol. (neutiquam cum Rhodionis libro confundendus.)

Ej. *des allerfürtrefflichsten höchsten u. adelichsten Geſchöpfs d. i. des Menſchen, oder dein Selbst, warhafftige Beſchreibung oder Anatomj — Sampt kunstlicher u. artiger Contrafactur aller euſserlicher u. innerlicher Glider u. Glidstuck. — vormals weder geſehen noch geleſen worden.* (Argent.) 1541. fol.

Ej. *new Kochbuch für die Kranken.* Francof. 1545. 4.

Ej. *kurtze aber fast eigentliche nutzliche u. in Pflegung der Geſundheit notwendige Beſchreibung der Natur, Eigenſchafft, Krafft — — Bereitung u. rechten Gebrauch in Speis u. Trank aller der Stuck ſo — bey uns Teutſchen in teglichen Gebrauch ſind. Zu mererer Behendigkeit nach ordnung des Alphabets geſtellt.* Wurzeb. 1549. 4.

MEDICINA

MEDICINA FORENSIS.

§. 189.

In totum fere nouus medicinae campus, itidem primum et maxime, a Germanis excultus.

Ortum duxit celebri *Conſtitutione criminali Carolina*, e cuius primis editionibus ſequentes ad manus ſunt:

Des allerdurchleuchtigsten groſsmechtigsten vnüberwindtlichſten Keyſer Karls des fünften *vnnd des heyligen Römiſchen Reichs peinlich Gerichtsordnung, auff den Reichſstägen zu Augspurgk vnd Regenspurgk, jn Iaren* 30 *u.* 32 *gehalten, auffgericht u. beſchloſſen.* (getr. zu Meyntz a. 1533 im Hornung) fol. — ib. 1534. fol. — ib. 1538. — ib. 1545. — ib. 1555. omnes in fol.

porro Francof. 1558. fol. — ib. 1577. fol. — ib. 1599. fol.

Jo. Horix *wahre Veranlaſſung der peinlichen Halsgerichtsordnung* Kayſ. Carl V. Mainz 1758. 4.

Jul. Fr. Malblank *Geſch. der peinl. Gerichtsordnung* Kayſ. Carl V. Norimb. 1784. 4.

SCRR.

SCRR. MEDICINAE VETERINARIAE.

§. 190.

Lavr. Rvsivs

Ej. *hippiatria* ſ. *Mareſcallia.* Par. 1531. fol. et al.

PHILOSOPHI et LITTERATORES

§. 191.

Nicol. Leonicenvs Lunigo - Vicentinus. †. 1524. aet. 96.

Profeſſor Ferrarienſis.

Fortiſſimus barbariei arabiſtarum depulſator, medicinae humanioris Graecanicae reſtaurator meritiſſimus.

Ej. *de epidemia quam Itali morbum gallicum vocant, Galli vero Neapolitanum.* Venet. ap. Aldum. 1497. 4.

it. in *aphrodiſiaco* Luiſini.

Ej. *de ſerpentibus opus ſingulare et exactiſſimum* (ad Lucretiam Borgiam): acceſſ. Ej. *de Tiro ſ. vipera epiſt. ad* Alex. Agathimerum, medic. Venet. Bonon. 1518. 4.

Numeroſos graecorum medicorum libros eleganter latio donauit, in lucem edidit etc.

Vitam

Vitam viri ſcr. Braſavolus.

cfr. quoque Ang. Gabr. de S. Maria *bibl. degli Scritt. Vicent.* T. II. p. 122.

§. 192.

JANVS CORNARVS Zwickavienſis .†. 1558. aet. 58.

Profeſſor Jenenſis.

Reſtaurator medicinae Hippocraticae inter Germanos *m*).

Editiones et verſiones eius medicorum veterum graecorum paſſim citauimus.

Propria meritiſſimi viri ſcripta minoris momenti ſunt; partim eriſtica ad acerrimam et biliofam cum Fuchſio litem facientia etc.

EJ. *de conuiuiorum veterum graecorum et hoc tempore, Germanorum, ritibus, moribus et ſermonibus.* it. *de amoris praeſtantia* etc. Baſil. 1548. 4.

cfr.

m) Ipſiſſimum illud Hippocratis Aldini exemplar quod Cornario diu deſideratum Baſileae tandem in eius poſſeſſionem venit, ipſique de qua hic ſermo eſt felici reſtaurationi anſam quaſi praebuit, in bibliotheca academica aſſeruatur.

cfr. Bruckeri *Ehrentempel* No. 34. p. 141. ſq.

Baldingeri v. cl. *de* Jano Cornaro *programmata* III. Jen. 1769. 4.

§. 193.

Jo. Lange Lembergo-Sileſiacus. †. 1565. aet. 80.

Archiater palatinus.

Ej. *epiſtolae medicinales* Baſ. 1554. 4. Francof. 1589. 8. Hanov. 1605. fol. (haec plenior)

§. 194.

Henr. Cornel. Agrippa (de Nettesheim) Colonienſis †. 1535.

Modo miles, modo Theologiae profeſſor, modo medicus etc.

Singularis et inquieti ingenii homo, paradoxorum amans, ſcepticus, ſatyricus etc.

ab vniuerſo fere Clero perſecutus omnem occidentalem Europam profugus peruagabatur.

Ej. *philoſophia occulta* Lib. I. II. Antwerp. 1531. 8. L. III. Colon. 1533. 8.

L. VItus ſ. *de cerimoniis magicis; cui acceſſerunt elementa magica* Petri de Abano (de quo ſupra) 1565. 8. (poſthumus, ſpurius, ſed daemones

mones citantibus et theſaurifoſſoribus etc. deſideratiſſimus —)

Ej. *de incertitudine et vanitate ſcientiarum declamatio invectiua* ſ. l. (Colon. vt mihi videtur) 1532. 8. et al.

Opera Lugd. 1580. II Vol. 8.

Super Agrippa cfr. Jo. Fr. Chriſtii *noctes academicae.* Spec. IV. pag. 356. ſqq.— Schelhorn *amoenitat. literariae* T. II. pag. 353. ſqq.

§. 195.

Hieron. Cardanvs (ſ. Caſtilioneus) Mediolanenſis .†. 1576.

Prof. medic. Ticinenſis, Mediolanenſis, Bononienſis.

Polyhiſtor, polygraphus, mirabilium de ſe ipſo iactator egoiſta.

In matheſi et naturali hiſtoria egregie verſatus.

Ej. *de ſubtilitate* L. XXI. Norib. 1550. fol.

Ej. *de varietate rerum* L. XVII. ib. eod. fol.

Opera ex edit. C. Sponii Lugd. 1663. X Vol. fol.

Cardani

Cardani *de vita propria* L. (ſingulari ingenuitate ſcriptus —) ex bibl. Gabr. Naudaei. Amſt. 1654. 12. et al.

cf. quoque Jo. Fr. Chriſtii *noctes academicae.* Spec. I. pag. 46. ſq.

§. 196.

Jvl. Caesar Scaliger Ripenſis .†. 1558. acer Cardani aemulus, arrogans, ventoſus etc. eruditiſſimus, polyglottus.

diu miles, poſt medicus, ſero ad libros ſcribendos acceſſit.

Numeroſos in Hippocratica ſcripta tum et in Ariſtotelis hiſtor. anim. Theophraſti hiſtor. plantar. etc. commentarios edidit.

Ej. *Exotericae exercitationes* ſ. *de ſubtilitate aduerſus* Cardanum. Pariſ. 1557. 4 Francof. 1612. 8.

ipſae omnis ſubtilitatis pleniſſimae —.

Vitam viri v. ad calcem *epiſtolae* filii eius Joſ. Juſti Scaligeri, *de ſplendore gentis* Scaligerae. Lugd. Bat. 1594. 4.

§. 197.

Avgvstin. Niphvs (Eutychus Philotheus dictus) Iopolitanus-Calaber .†. 1546.

Prof.

Prof. Patavinus, Piſanus, Romanus, Neapolitanus, Bononienſis et Salernitanus.

Carolo V. imper. a conſiliis medicis.

Ej. *de diebus criticis* L. I. Venet. 1501. fol.

id. *de morbo gallico* Neap. 1534. 4.

Ej. *parua naturalia* viz. *phyſiognomica*, *de animalium motu*, *de longitudine et breuitate vitae*, *de iuuentute et ſenectute*, *de reſpiratione*, *de morte et vita*, *de memoria et reminiſcentia*, *de ſomno et vigilia*, *de inſomniis*, etc. Venet. 1523. fol. ib. 1550. fol.

Ej. L. II. *de pulcro et de amore* Lugd. 1549. 8. ad Joannam Arragoniam (Aſcanii Colonnae, Tagliacocii principis coniugem), eximia pulcritudine celebratiſſimam *n*), cuius veneres per vniuerſum fere corpus viuido nimis ſtylo graphice deſcribit.

Gabr. Naudaei *de* Nipho *iudicium* c. huj. *opuſc. moralib. et politic.* Pariſ. 1645. 4.

n) Pulcherrimam Joannae iconem ad Raphaelis picturam a Jac. Chereau aeri inciſam videſis in Crozati *Recueil d'Estampes d'apres les Tableaux du Roy* etc. Vol. I. No. 8.

SECTIO X.

SECVLI XVIti DIMIDIVM POSTERIVS.

ANATOMICI.

§. 198.

Volcher Koyter Groeningenſis Friſo. †. 1600. aet. 66.

Fallopii et Rondeletii diſcipulus
demum medicus Norimbergenſis.

Inſtaurator anatomes comparatae meritiſſimus, cuius nomine muſculus corrugator ſupercilii ſubinde inſignitur.

Ej. *Externarum et internarum humani corporis partium tabulae*, *atque anatomicae exercitationes obſeruationesque* etc. Norimb. 1573. fol.

Memorabile opus praeter alia continet quoque: *Analogiam oſſium humanorum, ſimiae et verae et caudatae*, *atque vulpis.* — it. *Tractatum de ouorum gallinaceorum exordio progreſſuque et pulli gallinacei creationis ordine.* — maxime vero: *Oſſium tum humani foetus tum infantis hiſtoriam.*

Hanc

Hanc poſteriorem recudi curauit Henr. Eyſſon ad calcem proprii *Tractatus de oſſibus infantis*. Groning. 1659. 12.

Ej. *diuerſorum animalium ſceletorum* (— maſculis tabulis exhibitorum —) *explicationes* c. *Lectionibus* Gabr. Fallopii *de partibus ſimilaribus hum. corporis*. Norimb. 1575. fol.

§. 199.

Sal. Alberti Naumburgenſis Saxo. †. 1600. aet. 60.

Profeſſor Wittebergenſis, tum archiater electoris Saxonis.

Ej. *diſſert. de lacrumis* Witteb. 1581. 8.

recuſ. in Halleri collect. *diſſertationum anatomicar*. Vol. IV. p. 53. ſqq.

Ej. *hiſtoria partium corp. hum.* Witteb. 1583. 8. et al.

cfr. Moehſen *Beſchr. einer Berlin. Medaillen-Samml.* T. I. p. 25. ſq.

§. 200.

Jvl. Caesar Arantivs Bononienſis. †. 1589.

Veſalii diſcipulus, profeſſor Bononienſis, cuius nomen ferunt corpuſcula ſic dicta ad

 limbum

limbum valuularum ſemilunarium arteriae pulmonalis.

Ex primis ni fallor in Italia theſaurorum naturalium collectoribus.

Primus quoque, qui vteri humani grauidi curatam exhibuit hiſtoriam.

Ej. *de humano foetu opuſculum* Rom. 1564. 8.

plenius ex ed. diſcipuli eius, Laur. Scholzii Vratislavienſ. Baſil. 1579. 8.

Ej. Arantii *obſeruationes anatomicae.* (c. priori opere) Venet. 1587. 4.

Ej. *commentarium in* Hippocratis L. *de capitis vulneribus* quem ſupra citauimus, Claud. Porraltus edidit. Lugd. 1580. 8. et al.

§. 201.

Constantinvs Varolivs Bononienſis. †. 1575. aet. 32.

Profeſſor in acad. patria; tum archiater papalis.

Ponti cerebri nomen eius manſit.

Ej. *de neruis opticis epiſtola* Patav 1573. 8.

Ej. *anatomiae ſ. de reſolutione corporis humani* L. IV. ib. eod. 8.

iunctim recuſa Francof. 1591. 8.

§. 202.

§. 202.

Severinvs Pinaevs Autrico-Aurelianenſis .†. 1619.

Chirurgus regius. celeber lithotomus.

Ej. *opuſculum phyſiologicum vere admirandum tractans analytice primo notas integritatis et corruptionis virginum, deinde grauiditatem et partum naturalem mulierum, in quo oſſa pubis et ilium diſtrahi dilucide docetur.* Pariſ. 1597. 8. et al.

Plerisque poſterioribus Pinaeani opuſculi editionibus v. c. Francof. 1690. 12. iuncta eſt Ludov. Bonaccioli Ferrarienſis (qui Sec. XVI. ineunte claruit) *enneas muliebris* (ſ. de foetus formatione etc.) qua praeter alia, plurima quoque ad coïtum et rem veneream facientia dictione liberrima et fere laſciuiente deſcribuntur; quae nihilominus auctor, ducisſae ſuae, famoſae Lucretiae, (filiae Alexandri VI. papae,) dicauit. Extat autem memorabilis ea dedicatio non niſi in editione principe eaque rariſſima huius enneadis, quae ſ. l. et a. in fol. prodiit. Opus vero ipſum collectionibus quoque Gynaeciorum, quas ſupra citauimus, inſertum eſt.

Ej. Pinaei *Diſcours touchant l'invention et inſtruction pour l'operation et extraction du calcul de la veſſie.* Pariſ. 1610. 8.

BOTANICI.

§. 203.

Rembertvs Dodonaevs (Dodoens) Mechelenſis.

Profeſſor Leidenſis et archiater imperatorius.

Primo diuerſarum ordinum plantarum hiſtoriam ſingularibus libris edidit,

v. c. *Hiſtor. frumentorum, leguminum et aquatilium herbarum.* Antwerp. 1568. 8.

it. *Florum et coronariarum odoratarumque hiſt.* ib. eod. 8.

it. *purgantium et deletariarum herbarum hiſt.* ib. 1574. 8. et ſ. p.

Hi libelli poſtmodum maiori operi ſunt inſerti, cui titulus: *Stirpium hiſtoricae pemptades* VI. Antwerp. 1616. fol.

Ej. *obſeruationes medicinales* Colon. 1581. 8.

§. 204.

Jo. Bavhinvs Lugdunenſis †. 1613. archiater Würtembergicus.

Ej.

Ej. *hiſtoria fontis balneique Bollenſis.* Montpelg. 1598. 4.

Ej. *hiſtoria plantarum.* Ebrodun. 1650. III Vol. fol.

Opus poſthumum, editore DOMIN. CHABRAEO, medico Ebrodunenſe, qui et compendium eius dedit ſ. t. *Icones et ſciagraphiae ſtirpium.* Genev. 1677. fol.

§. 205.

CASP. BAVHINVS, frater Joannis. †. 1624.

Prof. graecae linguae, anatomes, botanices et medicinae practicae Baſileenſis.

Ex doctiſſimis et meritiſſimis ſuae aetatis medicis.

Ej. *phytopinax.* Baſil. (1596) 4.

Ej. *Pinax theatri botanici.* Opus XL annorum ib. 1623. 4.

Ej. *Theatri botanici* P. I. (gramina complectens et plantas liliaceas) ib. 1658. fol.

Ej. *Catalogus plantarum circa Baſileam ſponte naſcentium* ib. 1622. 8.

Ej. *inſtitutiones anatomicae* (Bernae) 1604. 8.

Ej. *Theatrum anatomicum* Francof. 1605 8. (editio rariſſ.)

id. longe auctius ib. 1621. 4.

et icones ſeorſim ſ. t. *viuae imagines corporis humani* ib. 1640. 4.

§. 206.

Joach. Camerarivs Joach. fil. Norimbergenſis .†. 1598.

medicus in patria vrbe.

Ej. editio *epitomes* Matthioli. Francof. 1586. 4. (cum iconibus plantarum poſthumis Conr. Geſneri, de quibus ſupra.)

Ej. *hortus medicus et philoſophicus* ib. 1588 4.

§. 207.

Jo. Thalivs Northuſanus.

medicus ciuitatis patriae.

Ej. *Sylua hercynia;* acceſſit Camerarii *horto*, quem modo citauimus.

Vitam viri deſcripſit Fr. Chr. Leſſer. Northuſ. 1747. 4.

§. 208.

Fabivs Colvmna Neapolitanus .†. 1650. ICtus, vſu valerianae quam φϐ Dioſcoridis eſſe eruit, a morbo regio, cui obnoxius

noxius fuerat, liberatus, eaque ſimul occaſione botanices ſtudio captus, eandem binis claſſicis operibus ditauit, iconesque ipſis inſertas ipſe delineauit et aqua forti aeri incidit.

alterum: *Phytobaſanos* Neap. 1592. 4.

recuſ. ex ed. Jani Planci. Florent. 1744. 4.

alterum: *Ecphraſis ſtirpium* Rom. 1616. II Vol. 4.

Huic, praeter alia zoologica, inſertus quoque eſt ſingularis *de purpura* L., quem commentario et dictionario oſtracologico auctum recudi fecit Jo. Dan. Major. Kiliae 1675. 4.

Vitam Columnae editioni ſuae phytobaſani praemiſit Plancus.

§. 209.

MELCH. GVILANDINVS (Wieland) Regiomontanus †. 1589.

Profeſſor Patavinus.

Orientem et Aegyptum inuiſit, a piratis captus, a Fallopio redemtus.

Acer Matthioli aduerſarius.

Ej. *de papyro commentarius.* Venet. 1572. 4. Amberg. 1613. 8.

Ej. *epiſtolae de ſtirpibus* — acceſſit *Manuco-diattae* h. e. *aviculae dei* (ſ. paradiſeae) *deſcriptio* Patav. 1558. 4.

§. 210.

Leonard. Ravwolf .†. 1596.

medicus Auguſtanus, tum caſtrenſis Auſtriacus.

Diſcipulus Rondeletii; inde ab a. 1573–75 orientem peragrauit.

Ej. *aigentliche Beſchreibung der Raiſs gegen auffgang* etc. Laugingae 1583. IV Partes 4.

Hortus eius ſiccus ex bibliotheca Chriſtinae Suecicae ad Iſaac. Voſſium tranſiit, iamque in Leidenſi academica aſſeruatur. Catalogum eius edidit Jo. Fr. Gronovius ſ. t. Rauwolfii *flora orientalis.* Lugd. Bat. 1755. 8.

§. 211.

Andr. Caesalpinvs Aretinus .†. 1603.

Profeſſor Piſanus, tum Archiater papalis.

Ej. *de plantis* L. XVI. Florent. 1583. 4.

Ej. *de metallicis* L. III. Rom. 1596. 4.

Ej.

Ej. *Quaeſtionum peripateticarum* L. V. Ven. 1571. 4.

et *Quaeſtionum medicarum* libris II. auctae ib. 1593. 4.

Ej. *Praxis vniuerſae artis medicae;* itemque ſ. t. *Speculi artis medicae Hippocraticae* Rom. 1601. 8. Tarviſii 1606. 8.

cf. ***Ritratti d'uomini illuſtri Toſcani*** T. II. 1768. No. XXXVII.

SCRR. HISTORIAE NAT.

§. 212.

Ulysses Aldrovandvs (Aldobrandi) Bononienſis †. 1605.

Prof. in academia patria.

Totus quantus hiſtoriae naturali, maxime vero zoologiae incubuit, anatomem comparatam egregie auxit, adiutus diſcipulis illuſtribus Arantio, Coitero, Varolio etc.

Ej. *de quadrupedibus digitatis viuiparis* L. III. Bonon. 1637. fol.

id. *de quadrupedibus ſolidipedibus* ib. 1616. fol.

id. *de quadrupedibus biſulcis* ib. 1613. fol.

Hiſto-

Hiſtoriam cetaceorum v. infra.

Ej *Ornithologia* ib. 1599. ſqq. III Vol. fol. (praeſtantiſſimum omnium Aldrovandi operum).

Ej. *de quadrupedibus ouiparis* L. II. iunctim c. libris III de digitatis viuiparis, quos modo memorauimus.

Ej. *hiſtoriae ſerpentum et draconum* L. II. ib. 1640 fol.

Ej. *de piſcibus* L. V. et *de cetis* L. I. ibid. 1613. fol.

Ej. *de animalibus inſectis* L. VII. ib. 1602. fol.

Ej. *de reliquis animalibus exſanguibus, vtpote de mollibus, cruſtaceis, teſtaceis et zoophytis* L. IV. ib. 1606. fol.

Ej. *monſtrorum hiſtoria c. paralipomenis hiſtoriae animalium* ib. 1642. fol.

Ej. *Dendrologia naturalis* L. II. ib. 1668. fol.

Ej. *muſeum metallicum* ib. 1648. fol.

Giov. Fantuzzi *memorie della vita di* Ul. Aldrovandi. Bonon. 1774. 8.

§. 213.

§. 213.

PROSPER ALPINVS, Maroſticenſis Venetus .†. 1616.

Prof. Patavinus, poſtquam inde ab a. 1580-84 in Aegypto commoratus erat.

Ej. *hiſtoriae naturalis Aegyptiorum* L. IV. Lugd. Bat. 1735. 4. (Opus poſthumum.)

Ej. *de plantis Aegypti* L. Venet. 1592. 4.

Ej. *de medicina Aegyptiorum* L. IV. acceſſ. *de balſamo dialogus* ib. 1591. 4.

recuſ. c. Jac. Bontii *medicina Indorum* etc. LB. 1718. 4.

Ej. *de plantis exoticis* L. II. Ven. 1627. 4.

Ej. *de medicina methodica* L. XIII. Patav. 1611. fol.

Ej. *de praeſagienda vita et morte aegrotantium* L. VII. Patav. 1601. 4.

it. c. praefat. Boerhaavii et ex emendatione Gaubii LB. 1733. 4.

§. 214.

CASP. SCHWENKFELD Gryphimontanus-Sileſius .†. 1609.

Medicus Hirſchbergenſis et Gorlicenſis.

Nouam

Nouam et maxime memorabilem hiſtoriae naturalis epocham conſtituit cum primus, aut ſaltem princeps poſt pauca aliorum tentamina *o*), non in curioſam exoticorum et rariorum hiſtoriam ſe diffuderit, ſed totus quantus in patrias tantum naturales diuitias inquiſiuerit. Parens quaſi omnium ſequentium Fauniſtarum et Floriſtarum, vt vulgo audiunt eiusmodi auctores, qui ſingularis tantum prouinciae animalia aut plantas ſibi deſcribendas ſumunt.

Opus claſſicum conſcripſit idque tripartitum. viz:

a) *Theriotropheum Sileſiae* Lignit. 1603. 4. (vbi obiter primam quoque conuulſionis cerealis mentionem iniicit a. 1587 et 92 epidemice graſſantis.)

b) *Hiſtoriam ſtirpium Sileſiae* quae iunctim cum

c) *Hiſto-*

o) Ita v. c. celeber hiſtoriae Saxonicae auctor Georg. Fabricius Chemnicenſis, *rerum Miſnicarum* L. VII. Lipſ. (1569) 4. p. 220. ſqq. catalogum piſcium et auium Miſniae et pag. 233 ſqq. indicem ſtirpium eius terrae indigenarum, exhibet.

c) *Hiſtoria foſſilium Sileſiae* Lipſ. 1600. 4. prodiit.

Ej. *deſcriptio et vſus thermarum Hirsbergenſium* Gorlic. 1607. 8.

Ej. *theſaurus pharmaceuticus* Baſil. 1587. 8.

§. 215.

Car. Clvsivs (l'Eſcluſe) Atrebas .†. 1609 aet. 84.

Diſcipulus Rondeletii, vniuerſam fere Europam occidentalem peragrauit, demum Prof. Leidenſis.

Ej. *Exoticorum* L. X. Antwerp. 1605. fol. (ſaepius iam nobis dictum opus ad Bellonium, Garciam, Acoſtam et Monardem.)

Ej. *rariorum per Hiſpaniam ſtirpium* L. II. Antwerp. 1576. 8.

Ej. *rariorum per Panonniam ſtirpium* L. IV. ib. 1583. 8.

vterque iunctim ib. 1601 fol. acceſſ. Ej. *commentar. de fungis.*

Ej. *curae poſteriores* Lugd. Bat. 1611. 4.

Ael. Everh. Vorſtii *orat. funebris in obitum* Cluſii LB. 1609. 8. et ad calcem *curar. poſteriorum.*

§. 216.

§. 216.

Bernard. Palissy Santeſio-Santoneſius (nat. ſcil. in vrbe Saintes in Saintonge) .†. 1589.

Figulus, autodidactos, qui praeter caelum et terram nullum alium librum legiſſe iactat, primus quantum noui in Gallia res naturales collegit et iam a. 1575 praelectiones ſuper hiſtoria naturali habuit.

Ej. *diſcours admirables des eaux et fontaines, des metaux, des ſels, des pierres, des terres, du feu et des emaux.* Par. 1580. 8.

Ej. *Recepte univerſelle par la quelle tous les hommes de la France peuvent augmenter et multiplier leurs treſors.* Rupell. 1563. 4.

Opera iunctim prodierunt ſ. t. *le Moyen de devenir riche.* Pariſ. 1636. II Vol. 8.

et nuper: *Oeuvres de* Bern. Paliſſy *revues ſur les Mſpts de la Bibl. du Roi, par Ms* Faujas de S. Fond *et* Gobet Par. 1777. 4.

SCRR. MATERIAE MEDICAE.

§. 217.

Petr. Andr. Matthiolvs Senenſis .†. 1577 aet. 76.

Medicus archiducis Ferdinandi.

Ej.

Ej. *commentarium* in Dioſcoridem ſupra iam citauimus.

Opus diu pro canone habitum, toties recuſum, in omnes fere Europae linguas translatum etc.

ed. prima *italico* prodiit idiomate ſ. t. *Il* Dioſcoride *con li ſuoi diſcorſi* etc. Ven. 1548. 4.

Inter *latinas* reliquis praeſtant Venetae a. 1565 et 1569 fol. ap. Vincent. Valgriſium.

Ej. *compendium* (ſ. *Epitome*) *commentarii in* Dioſcoridem Venet. 1571. 4.

claſſicam Camerarii editionem huius epitomes ſupra laudauimus.

ſaepiſſime alias excuſa eſt v. c. forma portatili ſ. t. *hiſtoria plantarum* per Ant. Pinaeum. Lugd. 1567. 16.

Ej. Matthioli *apologia aduerſus* Amat. Luſitanum Venet. 1558. 8.

et iunctim c. ſequentibus Baſil. 1674. fol.

Ej. *epiſtolarum medicinalium* L. V. Prag. 1561. fol.

Ej. *dialogus de morbi gallici curatione.* c. prior.

it. in Luiſini *aphrodiſiaco.*

M *Opera*

Opera ex edit. Caſp. Bauhini Francoſ. 1598. ſol.

CHEMICI.

§. 218.

Leon. Thvrneisen zum Thurn. Baſileenſis .†. c. 1595.

Archiater Brandenburgicus.

Alter quaſi Paracelſus, paradoxus, myſticus, adeptus, aſtrologus etc.

Ej. Piſon *von kalten mineraliſchen u. warmen Waſſern* L. X. Francof. 1572. fol. Argent. 1612. fol.

id. *von der Magia* 1591. 4.

Ej. Quinta eſſentia *höchſte Subtilität der Medicina u. Alchimia.* Monaſt. 1570. 4.

Ej. *Beſtätigung deſſen das zänkiſch iſt* etc. Berol. 1576 fol.

c. fig. anat. partim propriis.

Super hocce viro v. plurimis cl. Moehſen *Beyträge zur Geſch. der Wiſſenſch. in der Mark Brandenburg* Berol. 1783. 4.

it. *Helvetiſch. Calender* a. 1784 p. 76. ſqq.

§. 219.

§. 219.

JOSEPH. QVERCETANVS (du Cheſne) Armeniacus Vaſcon. †. 1609.

Ex primis Gallorum chemicis.

EJ. *Pharmacopoea dogmaticorum reſtituta* Pariſ. 1607. 4. et al.

EJ. *diaeteticon polyhiſtoricum* Par. 1606. 8.

PATHOLOGI et THERAPEVTAE.

§. 220.

Binae res praeſertim erant, quae ea, quam nunc perluſtramus, periodo, pathologiae et ſemioticae non contemnenda afferebant incrementa. Alterum quidem curatior conſignatio *obſeruationum* ſingularium, quae ab ea inde aetate poſt pauca prioris periodi ſpecimina nunc demum inualeſcere cepit. Alterum vero acrius Hippocratis ſtudium, cui praeſertim mox nominanda illuſtrium medicorum quadriga ſedulo incubuit.

§. 221.

JAC. HOLLERIVS (Houllier) Stempanus †. 1562.

medicus Pariſinus.

Ej. *Coaca praeſagia magni* Hippocratis (v. ſupra p. 30. n. 23.)

Ej. *Commentarii in aphoriſmos* Hippocratis (v. p. 27.)

Ej. *opera practica* c. Lud. Dureti *enarrationibus* etc. Pariſ. 1664. fol.

§. 222.

Lvdov. Dvretvs Seguſianus-Burgundus .†. 1586.

archiater Gallicus.

Ej. *interpretationes et enarrationes in coacas praenotiones magni* Hippocratis (v. ſupra p. 30. n. 23.)

Ej. *commentarii in* Hippocratis L. *de humoribus purgandis* Par. 1631. 8. it. in Günzii edit. (v. p. 28. n. 8.)

§. 223.

Jo. Gorraevs (de Gorris) Pariſinus .†. 1577.

Artem in patria vrbe exercuit.

Ej. *definitionum medicarum* L. XXIV. (v. ſupra p. 33. §. 36.)

§. 224.

Anvtivs Foësivs Diviodunenſis .†. 1595.

medi-

medicus Metenſis.

Ej. *oeconomia* Hippocratis (v. p. 33. §. 36.).

Ej. editionem operum Hippocratis v. p. 32. §. 35.

§. 225.

Inter obſeruatores vero maxime eminet Petr. Forestvs Alcmarienſis .†. 1597. Medicus Delphenſis.

Ej. *obſeruationum et curationum medicinalium* L. XXXII. Francof. 1602–7. IV vol. fol.

Ej. *obſeruationum et curationum chirurgicarum* L. IX. ib. 1610 ſq. II Vol. fol.

iunctim editae Rotomagi 1614 fol. et al.

§. 226.

Nicol. Piso (Le Pois) Nancejanus nat. 1527. Archiater Lotharingicus.

Ej. *de cognoſcendis et curandis praecipue internis corporis humani morbis* L. III. Francof. 1581. fol.

it. c. praef. Boerhaavii Lugd. Bat. 1736. II Vol. 4.

§. 227.

Non ſeparemus filium eius Car. Pisonem .†. 1633.

Prof. Muſſipontanus, et cubicularius medicus ducis Lotharingiae.

Ej. *ſelectiorum obſeruationum et conſiliorum de morbis ſeroſis L.* Ponte ad Monticulum 1618. 4.

it. c. praef. Boerhaavii Lugd. Bat. 1714. 4. ib. 1733. 4. Amſtel. 1768. 4.

Ej. *Diſcours de la nature des maladies populaires accompagnées de dyſenterie.* Muſſipont. 1623. 8.

§. 228.

Felix Plater Baſileenſ. .†. 1614.

Filius Thomae Plateri Valeſii (reſtionis, typographi et gymnaſiarchae Baſileenſis *p*)) ipſe Profeſſor in academia patria longe meritiſſimus, anatomes, botanices, hiſtoriae naturalis apprime ſtudioſus.

Ej. *obſeruationum in hominis affectibus* L. III. Baſil. 1614. 8. 1641. 8. et al.

Ej.

p) Bonus ſenex vitam propriam fatorum ſingularium pleniſſimam cordata ingenuitate et ſtylo vernaculo deſcripſit; extat in *Miſcellaneis Tigurinis* T. III. p. 207-343.

Ej. *de partium corporis humani ſtructura et vſu* L. III. Baſil. 1583. fol. *q*)

Vitam propriam ſcripſit Platerus prolixo commentario adhuc anecdoto: cuius vero eclogas dedit vir cl. meique amantiſſimus Gottl. Eman. de Haller in *catal. auctorum qui de rebus Helueticis* ſcripſerunt. T. II. p. 377. ſqq.

CHIRVRGI.

§. 229.

Georg. Bartisch Königsbruckenſis Saxo. Medicus ocularius Dresdenſis.

M 4 Ej.

q) Quantum valeant praeoccupantes opiniones Plateri exemplo patet, quem anatomes humanae egregie peritum fuiſſe, quos diximus libri aperte teſtantur; et qui nihilominus oſſa elephantina foſſilia a. 1577. prope pagum Reyden ditionis Lucernenſis effoſſa, poſt curatam in ea inquiſitionem pro humanis declarauit, quae gigantis fuerint XIX pedes longitudine aequantis; imo humani ſceleti tantae magnitudinis prodigioſam iconem pingi curauit, quam Lucernae aeque ac ipſa iſta elephantina oſſa, quae iam in archiuo ſeruantur, cominus vidi.

Ej. *Augendienſt* Dresd. 1583. fol.

§. 230.

Ambros. Paraevs Cenomanus .†. 1590.

Barbitonſor regius, illitteratus, princeps chirurgiae apud Gallos reſtaurator.

Numeroſa edidit opuſcula varii argumenti, ſtylum vernaculum accommodante J Hautin.

v. c. *des Playes et fractures de la tête* Pariſ. 1561. 8.

Ej. *deux Livres de chirurgie, de la génération de l'homme, des monſtres tant terreſtresque marins* etc. ib. 1573. 8.

Ej. *Diſcours de la Mumie, de la Licorne* etc. ib. 1582. 4.

Opera, lat. per Jo. Guillemeau ibid. 1582. fol.

§. 231.

Leon. Fioravanti Eques Bononienſis .†. 1588.

Empiricus, alchymiſta, peregrinator etc. inuentor balſami ſui nominis.

Ej. *Teſoro della vita umana* Ven. 1570. 8.

Ej. *Chirurgia; diſtinta in III Libri* ibid. 1582. 8.

§. 232.

§. 232.

FRANC. ARCAEVS Fraxinalenſis.

Chirurgus Hiſpanus, itidem balſami compoſitione clarus.

EJ. *de recta curandorum vulnerum ratione* L. II. Antwerp. 1574. 8.

§. 233.

CASP. TAGLIACOTIVS Bononienſis . †. 1599. Profeſſor in academia patria.

Artem chirurgicam, naſum, auriculas, labia aliaque id genus membra, ſi deperdita fuerint, e brachii corio reſtituendi, non quidem inuenit, ſed reſtaurauit et ſaepiſſime feliciter perfecit, et opere, ſi non ad praxin exercendam, attamen ad *reproductionis* hiſtoriam maxime memorabili, fuſiſſime deſcripſit.

EJ. *de curtorum chirurgia per inſitionem* L. II. Venet. 1597. fol.

Compendium quaſi dedit Jo. Bapt. Corteſius *miſcellan. medicinal.* Meſſan. 1625. fol. Dec. III. pag. 80–130.

Pluribus v. Haller ad Boerhaavii *method. ſtudii medici* p. 729.

ID. *biblioth. chirurg.* Vol. I. p. 272. ſq.

it. cl. Portal *hiſt. de l'anat. et de la Chir.* Vol. II. p. 169.

OBSTETRICII.

§. 234.

FRANC. ROUSSET

Medicus Gallus. Caeſareae ſectionis maſculus defenſor.

Ej. *Traité nouveau de l'hyſterotomotokie ou enfantement Ceſarien.* Par. 1581. 8.

germ. Argent. 1583. 8.

lat. vertente Caſp. Bauhino Baſ. 1582. 8. ib. 1588. 8. et al.

it. in collect. gynaecior. Bauhiniana.

Ej. Rouſſeti *apologia pro partu caeſareo* Par. 1598. 8.

Ej. *de lithopaedio Senonenſi carmen* Francof. 1601. 8.

§. 235.

JAC. GUILLEMEAU Aurelianenſis †. 1612. Paraei diſcipulus. Chirurgus regius. Vir egregie doctus.

Ej. *heureux accouchement des femmes* Pariſ. 1609. 8. et al.

Ej. *Chirurgie françoiſe* ib. 1594. fol.

Ej.

Ej. *Traité de la parfaite methode d'enbaumer les corps.*

c. reliquis operibus *gall.* ib. 1598. fol.

SCRR. AD MEDICINAM FORENSEM ET CVRAM SANITATIS PVBLICAE.

§. 236.

Joach. Strüppe Gelhuſanus.

Ej. *Nützliche Reformation zu guter Geſundheit u. chriſtlicher Ordnung* Francof. 1573. 4.

Primus ni fallor qui eam artis ſalutaris partem, quam nunc *politiam medicam* vocant, ex profeſſo tractandam ſibi ſumſit. Sapientia continet hic liber conſilia de aëre puro ſeruando, munditie platearum, ſepulturis ab habitatione viuorum ſeparandis, de iis opificiorum generibus, quae aërem inquinant, de victu ſano et quid ad eum conferre poſſint molitores, piſtores, laniones, oenopolae etc. De obſtetricibus ordinandis, pharmacopoliis viſitandis, noſocomiis inſtruendis, empiricis et medicaſtris arcendis et ſ. p.

Ej. anchora ſamis ſitis valetudinisque mortalium i. e. *newe Speis-Kammer u. Speis-Keller in vorſtehenden Hungers-nothen, Kriegsläuften* etc. ib. 1573. 4.

De

De multifariis ſuccedaneis Cerealium. it. de alimentis diu conſeruandis etc.

Ej. *conſenſus medicorum ſuper mumia* ib. 1574. 4.

germ. ib. eod. 4.

Prima ſuper mumiis Aegyptiacis monographia.

§. 237.

Fortvnatvs Fidelis Siculus .†. 1630. In patria artem exercuit. Ex primis iurisprudentiae medicae ſcriptoribus.

Ej. *de relationibus medicorum* L. IV. Panorm. 1598. 4. et al.

it. ſ. t. (pſeudonymo) Th. Reineſii *ſchola ICtorum medica* Lipſ. 1675. 8.

VETERINARII.

§. 238.

Franc. de la Reyna Zamorenſis.

Medicus veterinarius in vrbe patria.

Ej. *Libro de Albeyteria* Burg. 1564. 4.

it. c. notis Ferdin. Calvi veterinarii Placentini. Compluti 1623. 4.

cf. Bened. Hier. Feyjoò ***Cartas eruditas*** T. III. Madrit. 1751. 4. p. 344. ſq.

Joſ.

Joſ. Quer *Flora Eſpañola* T. I. Madrit. 1762. 4. pag. 371. ſq.

§. 239.

Car. Rvini

Senator Bononienſis.

Ej. *Anatomia del Cavallo.* Bonon. 1598. 4. 1607. II Vol. fol.

germ. ſtudio Petr. Uffenbach Francof. 1603. fol.

§. 240.

Jo. Heroard Monſpelienſis .†. 1628.

Archiater regius.

Ej. *hippoſteologie* Par. 1599. 4.

cf. cl. Moehſen *Beſchr. einer Berlin. Medaillen-Samml.* Vol. I. p. 161. ſqq.

PHILOSOPHI etc.

§. 241.

Jo. Bapt. Porta Neapolitanus .†. 1615.

Ej. *de humana phyſiognomia* L. IV. Vici-aquenſis 1586. fol. et al.

Ej. *Phytognomonica* L. VIII. Neap. 1588. fol. Francof. 1591. 8.

Ej. *Magia naturalis* L. IV. Antwerp. 1560. 8.

§. 242.

Jo. Hvarte Navarrenſis.

Ej. *Examen de los ingenios para las ſciencias* Lucronii 1580. 8. (Antwerp.) 1603. 12. et al.

germ. vertente Gotth. Ephr. Leſſing Serveſt. 1752. 8. 1785. 8.

SECTIO

SECTIO XI.

SECVLI XVIImi PRIVS DIMIDIVM.

§. 243.

Vix alia eſt periodus, qua medicinae maiora fata, ſecundi et aduerſi generis, contigerint, quam ea ipſa, ad quam nunc accedimus. Bellum tricennalle Principes Europae adeo occupabat, vt ſi a Carolo I. Angliae diſceſſeris, vix alius naturae ſtudio vel ipſe incumbere vel id ſaltem adiuuare potuerit. Huic alia ſucceſſit eaque fere magis adhuc fatalis calamitas, vanum hypotheſium ſtudium, quod quantum tum maxime temporis vniverſae medicinae nocuerit, facile patebit cuivis vel Carteſianam et Helmontianam et Sylvianam ſectas cogitanti. Medebatur tamen ab altera parte huic lui, et impenſe augebatur ſanior medicina, tum Baconis a Verulamio viuido feruore, quo in ipſam naturae nudae contemplationem ferebatur, eamque ipſam ardentiſſime commendabat;

bat; tum vero maxime reuiuiſcente quaſi *zootomiae* et *viuiſectionum* ſtudio, quo nullum aliud arti ſalutari tot tantaque ſumma incrementa impertiit. His vnice adminiculis vniverſa conualuit *phyſiologia*, quam omne praecedentis ſeculi anatomicorum ſtudium et iuncti labores mancam tamen et hiulcam reliquerant, ideo quod vnice in humanis cadaueribus ſubſiſterent, quorum diſſectione chirurgia quidem magna vt vidimus capiebat argumenta; *phyſiologia* vero interim, et quae eam preſſo ſequitur pede *pathologia*, et vniuerſum ergo ſanioris *therapiae* fundamentum velut in Cimeriis tenebris ſepulta quaſi latitarent.

ANATOMICI et PHYSIOLOGI.

§. 244.

Facem eam zootomicam, iſtas quas diximus tenebras diſſipantem, praetuliſſe cenſendus eſt

Hieron. Fabricivs a patria vulgo dictus ab Aqvapendente .†. 1619. aet. 82.

Fallopii diſcipulus. Profeſſor Patavinus.

Theatrum

Theatrum anatomicum Patauinum inaugurauit, dirigente viro ſummo Paulo Sarpi Servita (quem vulgo Fra Paolo vocant) exſtructum.

Ej. Fabricii *de venarum oſtiolis* L. Patav. 1603. fol.

id. *de formato foetu* ib. eod. fol.

id. *de formatione oui et pulli* ib. 1621. fol.

id. *de viſione, voce et auditu* ib. 1603. fol.

id. *de locutione et eius inſtrumentis* Venet. 1603. 4.

id. *de motu locali animalium* Patav. 1618. 4.

Opera omnia anatomica et phyſiologica ex ed. Jo. Bohnii Lipſ. 1687.

it. c. praef. Bern. Sigfr. Albini Lugd. Bat. 1738. fol.

Ej. *opera chirurgica* Venet. 1619. fol. LB. 1723. fol.

Vitam viri operum anatomicorum editioni Batavae, quam diximus, praemiſit Albinus.

§. 245.

Jvl. Casserivs Placentinus .†. 1616. aet. 71. Fabricii diſcipulus et ſucceſſor.

Cuius nomen ſeruant fontanellae in cranio neonati retro aures poſitae.

Ej. *de vocis auditusque organis hiſtoria anatomica* Ferrar. 1600. fol.

Ej. *Penthaeſtheſeion h. e. de quinque ſenſibus* Venet. 1609. fol. Francof. eod. fol.

Idem maius opus vniuerſae anatomes corporis humani parauerat, cui LXXVIII tabulas eo fine aeri inciſas deſtinauerat. Morte autem praepeditus, easdem (praeter vnam quae intercidit) poſt fata eius edidit et XX aliis, partim propriis (quo praeſertim X oſteologicae pertinent) partim e Veſaliano opere mutuatis auxit Dan. Bvcretivs Vratislavienſis, et (iunctim cum Spigelii *de h. c. fabrica* L. X. itidem poſthumis) edidit Venet. 1627 fol.

Aliae IX tabulae Caſſerii acceſſerunt Spigelii libro *de humano foetu.*

Omnes CVI recuſae c. comment. Sim. Pavli Roſtockienſis (.†. 1689. aet. 77.) Prof. Havnienſis, Francof. 1632. 4.

germ. ib. eod. 4. ib. 1707. 4.

§. 246.

§. 246.

Adr. Spigel Bruxellenſis .†. 1625. aet. 47.
Caſſerii ſucceſſor

vel lobulo hepatis, ſui nominis, in vulgus notus.

Ej. *de corporis humani fabrica* L. X. opus poſthumum quod modo obiter tetigimus, cui editor Bucretius XCVII tabulas, tum Caſſerianas tum proprias iunxit Venet. 1627. fol.

Ej. *de humano foetu L. ſingularis*; itidem poſthumus ex ed. Liberal. Cremae Pat. 1626. fol.

Acceſſerunt IX tabulae Caſſerianae, quas memorauimus, et Xma Spigelio propria.

Ej. *de lumbrico lato* L. Patav. 1618. 4.

Ej. *de ſemitertiana* L. IV. Frf. 1624. 4.

Ej. *iſagoges in rem herbariam* L. II. 1606. 4. Lugd. Bat. 1633. 16. Acceſſit huic nitidae editioni Adolph. Vorſtii *catal. plantarum horti et agri Lugduno-Batavi.*

Haec opera iunctim prodierunt c. tabulis Caſſerii et Bucretii, editore Jo. Antonide van der Linden Amſt. 1645. II Vol. fol. (inſertis ſimul Aſellii *de lactibus*, Harvaei *de*

motu cordis et ſanguinis et Walaei *de motu chyli et ſanguinis* claſſicis opuſculis.)

§. 247.

Sanctor. Sanctorivs Juſtinopolitanus †. 1636. aet. 75.

Profeſſor Patauinus, tum medicus Venetus.

Ej. *de ſtatica medicina aphoriſmi*

claſſici opuſculi (quod Boerhaavius ipſis Hippocraticis aphoriſmis praeferre non dubitauit) binas ſaltem editiones ipſe curauit: viz. Venet. 1614. 12. et auctius ibid. 1634. 16.

E reliquis numeroſiſſimis editionibus ſequentes citaſſe ſufficiat:

c. comment. Liſteri Lond. 1700. 12. Lugd. Bat. 1703. 12.

c. Baglivii *canone ad rectum ſtatices vſum* Rom. 1704. 12.

c. Dodarti et Keilii de eod. argum. libellis ex ed. P. Noguez. Pariſ. 1723. II Vol. 12.

c. comment. Lorryi Pariſ. 1770. 12.

it. in (Henningeri) *collect. ſcriptor. diaeteticor.* Lipſ. 1726. 8.

it. ad calcem Gorteriani ſuper eod. argum. operis.

Ej.

Ej. Sanctorii *commentar. in Imam Fen Imi Libri Canonis* Avicennae Venet. 1646. 4.

Ej. *methodus vitandorum errorum in arte medica* Venet. 1602. fol.

Giov. F. Cogroſſi *Saggi della medic. Italiana nelle quali le Invenz. del* Santorio *ſ. illuſtr.* Pad. 1724. 4.

Arcudii Capelli *de vita* Sanctorii *L.* Venet. 1750. 4.

§. 248.

Jo. Riolanvs (Jo. fil.) Pariſinus. †. 1657. aet. 80.

per 44 annos Prof. in academia patria.

Plura eius opera anatomici argumenti iunctim prodierunt ſ. t. *Anthropographiae et oſteologiae* Pariſ. 1626. 4. et ex edit. Guid. Patin ib. 1649. fol. *Anthropologia* L. VII. conſtat. *Oſteologia* autem complectitur praeter iſagogen, in Galenum *de oſſibus* commentarium, ſimiae ſceleti deſcriptionem, et ex Hippocraticis libris collectanea oſteologica.

Ej. *encheiridium anatomicum et pathologicum* Pariſ. 1648. 12.

Ej. *opuſcula anatomica* Pariſ. 1652. 12.

Ej. *opuſcula noua anatomica* ib. 1653. 8.

Ej. *Gigantomachie* Par. 1613. 8. et *Gigantologie* ib. 1618. 8. aduerſus Nic. Habicot qui ſceleton elephantinum a. 1613 in Delphinatu effoſſum pro Teutobochi regis funere venditabat.

Curatum indicem ſcriptorum eriſticorum ea occaſione editorum videſis in *Catal. libror.* Ducis de Valliere Vol. I. p. 487.

§. 249.

Gvil. Harvey Folkſtonio-Cantienſis. †. 1657. aet. 80.

Archiater regis Caroli I. Stuarti.

Fabricii ab Aquapend. diſcipulus, inde ab a. 1616 Londini in priuatis praelectionibus nouum de ſanguinis per vniuerſum corpus circulo inuentum docuit, demumque publici iuris fecit claſſico et quod epocham in hiſtoria medicinae conſtituit opuſculo, cui titulus:

Exercitatio anatomica de motu cordis et ſanguinis in animalibus Francof. 1628. 4. (editio prima et princeps, et quae ſola ipſius Harvaei auctoritatem prae ſe fert.)

Etſi

Etſi ingens aduerſus eam inſurgeret adverſariorum caterua, nemini tamen reſpondit ſapiens eius auctor, praeter vnicum Riolanum.

Ej. *Exercitationes anatomiae* II. *de circulatione ſanguinis ad* Jo. Riolanum fil. Cantabr. 1649. 12. Pariſ. 1650. 12.

Iunctim cum priore ſaepiſſime recuſae

v. c. Roterod. 1671. 12. cum Jac. de Back *diſſ. de corde.*

Glaſguae 1751. 12.

inſertae quoque operibus Spigelii, quae modo citauimus.

Ej. *Exercitationes de generatione animalium. quibus accedunt quaedam de partu: de membranis ac humoribus uteri: et de conceptione.* Lond. 1651. 4. (edente G. Ent.)

it. Lugd. Bat. 1651. 15. Amſt. eod. 12. et alias.

Obſeruationes et hiſtoriae omnes et ſingulae e Harvaei *lib. de generat. animal. excerptae et in accuratiſſimum ordinem redactae.* it. Wilh. Langly *de generatione animalium obſeruationes quaedam.* Accedunt *oui foecundi ſingulis ab incubatione diebus factae inſpectiones;* vt et *obſeruationum anatomico-med. Decades* IV. (praeſtantiſſimae); denique *cadauera balſamo*

condiendi modus (Swammerdamii) ſtudio JVST. SCHRADERI. Amſt. 1674. 12. egregius et immerito parum notus liber.

Ej. Harvaei *ſectio* Thomae Parre, *ſenis* 150 *annorum*

poſthuma prodiit cum Jo. BETTO *de ortu et natura ſanguinis* Lond. 1669. 8.

Opera Harvaei (principalia) cum praefat. Bern. Sigfr. Albini LB. 1737. 4.

Omnia vero cura collegii medici Londinenſis 1766. 4 maj.

Vita viri extat in ſplendida pinacotheca cui titulus: *the Heads of illuſtrious Perſons of Great Britain by* J. Houbraken *and* G. Vertue Lond. 1743. fol. max. Vol. I. p. 83.

it. in edit. operum Londinenſi, quam modo citauimus.

§. 250.

Ex primis circuli ſanguinis defenſoribus et nouae doctrinae aſſeclis prae reliquis meritiſſimus exſtat

Jo. WALAEVS Medioburgenſis †. 1649. aet. 45.

Profeſſor Leydenſis.

Ej.

Ej. *Epiſtolae duae de motu chyli et ſanguinis ad* Th. Bartholinum c. huj. editione *inſtitionum anatomicar.* patris ſui, editae Lugd. Bat. 1641. 8. 1651. 8. et alias.

it. in edit. operum Spigelii.

§. 251.

In idem memorabile tempus incidit illuſtre inuentum vniuerſi fere ſyſtematis *vaſorum abſorbentium:* lacteorum viz., tum lymphaticorum, et ductus thoracici. De ſingulorum inuentoribus ſeorſim.

§. 252.

Casp. Asellius Cremonenſis †. 1626. aet. 45.

Prof. Ticinenſis.

Nomen eius fert pancreas ſic dictum Aſellii in meſenterio canino.

Lactea inuenit, aut poſt Eraſiſtratum reperit, d. 22 Jul. 1622.

Ej. *de lactibus* ſ. *lacteis venis* (opus poſthumum) Mediol. 1627. 4. Baſil. 1628. 4. et al.

it. in collect. operum Spigelii.

§. 253.

Jo. Pecquet Dieppenſis †. 1674.

 Sodalis

Sodalis acad. ſcient. Pariſ.

A. 1649 ductum thoracicum inuenit.

Ej. *Experimenta noua anatomica, quibus incognitum chyli receptaculum, et ab eo per thoracem in ramos vſque ſubclauios vaſa lactea deteguntur.* acc. *Diſſertatio de circulatione ſanguinis et chyli motu* Pariſ. 1651. 4.

it. Harderv. 1651. 12.

ed. auctior Pariſ. 1654. 4.

§. 254.

De primo lymphaticorum vaſorum inuentore ambigitur.

Angli Iolyffio tribuunt, qui a. 1652. m. Jun. Gliſſonio prolixe de eorum in variis corporis animalis partibus habitu retulit.

Sibi ipſi ea vindicare ſtuduit Th. Bartholinus, de quo mox pluribus.

Vtrumque tamen praeceſſiſſe videtur Olavs Rvdbek Aroſia - Suecus. †. 1702. aet. 73.

Profeſſor, demumque curator acad. Upſalienſis: praeter alia quoque voluminoſo *Atlanticae* opere paradoxorum pleniſſimo clarus.

Vaſa

Vaſa lymphatica ſ. vt vocabat aquoſa, reginae ſuae, Chriſtinae, demonſtrauit m. Apr. 1652.

Ej. *diſp. de circulatione ſanguinis* Aroſiae 1652. 4.

Ej. *noua exercitatio anatomica exhibens ductus hepatis aquoſos et vaſa glandularum ſeroſa* ib. 1653. 4.

Ej. *de ſero eiusque vaſis diſp.* Upſ. 1661. 4.

Haec recuſa in Halleri *collect. diſp. anatom.* Vol. VII.

Altera autem, cum aliis ad ſyſtema lymphaticum pertinentibus Pecqueti et Bartholini ſcriptis in Siboldi Hemsterhvys *meſſe aurea* Heidelb. 1659. 8.

§. 255.

Thomas Bartholinvs Caſp. fil. †. 1680 aet. 64.

Prof. Havnienſis; vir doctiſſimus de vniverſa arte ſalutari meritiſſimus, et cuius gens clarorum medicorum maxime fertilis fuit.

Ej. *Anatomia ex* Gaſp. Bartholini parentis *inſtitutionibus* etc. *locupletata.* acc. Walaei epiſtolae ſupra citatae LB. 1641. 8.

ſaepe

ſaepe recuſa. ed. 5ta LB. 1651. 8.

it. ex ed. Ger. Blaſii ib. 1673. 8.

ID. Bartholinus *de lacteis thoracicis in homine et brutis nuper obſeruatis*. Hafn. 1652. 4.

Ej. *vaſa lymphatica nuper Hafniae in animantibus inuenta, et hepatis exſequiae* ib. 1653. 4.

Haec iunctim edita cum Pecqueti libello in Jo. Alcid. Mvnieri *ſylloge anat. de venis tam lacteis thoracicis quam lymphaticis nouiſſime repertis* Genuae 1654. 8.

Ej. Bartholini *vaſa lymphatica in homine nuper inuenta* Hafn. 1654. 4.

Taceo numeroſa Ej. ſcripta eriſtica et apologetica ea occaſione aduerſus Jo. Riolanum, Lvdov. de Bils aliosque edita; pleraque iunctim excuſa ſ. t. *Opuſculor. anatomicor. de lacteis thoracicis et lymphaticis vaſis* ib. 1670. 8.

Ej. *hiſtoriarum anatomicarum* Centuriae VI. Hafn. 1654–61. III Vol. 8.

ID. *de pulmonum ſubſtantia et motu* ibid. 1663. 8. cum Malpighii de eod. argum. epiſtolis.

Ej.

Ej. *epiſtolarum medicarum* Centuriae IV. ib. 1663 - 67. IV vol. 8.

ID. *de medicina Danorum domeſtica* ib. 1666. 8.

Idem quoque collegit et edidit: *Acta Hafnienſia* ib. 1673 - 80. V vol. 4.

Guil. Wormii *orat. in obitum* Th. Bartholini 1680. 4.

CASP. BARTHOLINVS Thomae fil. Caſp. nep. † 17 ...

Ej. *de diaphragmatis ſtructura noua* Pariſ. 1676. 8.

Cum OLIG. JACOBAEI *de ranis obſerv.* quae poſtmodum obſeruationibus *de lacertis* auctiores recuſae ſunt Hafn. 1686. 8.

Ej. Bartholini *de ouariis mulierum* epiſt. Romae 1677. 8. Norimb. 1679. 8.

ID. *de ductu ſaliuali nouo* Hafn. 1684. 4.

Ej. *Specimen hiſtoriae anatomicae* ib. 1701. 4.

§. 256.

Sed et Germani eo aeuo anatomen et phyſiologiam egregiis auxerunt inuentis.

JO. GEORG. WIRSÜNG Bauarus. occiſus d. 22 Aug. 1643.

Veslingii

Veslingii proſector.

Ductui pancreatico in homine primum ab eo demonſtrato, nomen eius manſit.

Ipſum ſuum ductum Patavii a. 1642 (fol. transv.) aeri incidi curauit, cuius bina adhuc exempla ibi loci in bibliotheca nationis Germanicae extabant, quorum alterum beneuolentia cl. Caldanii ad me tranſiit. Pancreas eiusque ductum et vicina viſcera exhibet naturali magnitudine, ſubiuncta breui explicatione, et inſcripto ſequenti titulo:

FIGVRA DVCTVS CVIVSDAM CVM MVLTIPLICIBVS SVIS RAMVLIS NOVITER IN PANCREATE A IO. GEORG WIRSüNG PHIL. ET MED. D. IN DIVERSIS CORPORIBVS HVMANIS OBSERVATI.

§. 257.

Jo. Kepler Wiela-Würtenbergenſis †. 1630. aet. 59.

Vir ſummus etſi ſubinde paradoxus, theoria viſus et genuina functione partium oculi egregie de phyſiologia meruit.

Ej. *ad* Vitellionem *paralipomena* Francof. 1604. 4.

Ej. *Dioptrice* Aug. Vindel. 1611. 4.

it.

it. c. Gaſſendii *inſtitut. aſtronom.* Lond. 1653. 8.

Vitam praemiſit Hanſchius editioni ſuae *epiſtolarum ad* Keplerum *ſcriptarum* ſ. l. 1718. fol.

Cf. quoque cl. Kaeſtner in *Göttingiſch. Magaz.* 1781. P. IV.

LVDOV. KEPLER. Jo. fil. Pragenſis .†. 1663. aet. 56.

Medicus Regiomontanus.

EJ. *Febris epidemica Regiomontana a.* 1649. *ſtudioſis tantum initio, commune canuictorium intrantibus, exitialis.* Elbing. 1650. 4.

§. 258.

CONR. VICTOR. SCHNEIDER, Bitterfelda-Miſnenſis .†. 1680. aet. 66.

Prof. Wittenbergenſis.

Nomen eius fert membrana pituitaria narium internarum, quarum vniuerſam fabricam et vſum, atque olfactus rationem primus eruit.

De plerisque caluariae oſſibus libellos ſingulares ſcripſit, inter quos excellit claſſicus: *de oſſe cribriformi et ſenſu ac organo odoratus* Witteb. 1655. 12.

EJ.

Ej. *de catarrhis* L. V. Witteb. 1660 - 64. V vol. 4.

§. 259.

Jo. Vesling, Mindenſis Weſtphalus †. 1649. aet. 51.

Medicus Conſulis Veneti in Aegypto degentis; poſthac Prof. Patauinus.

Vir de vtraque anatome et botanica longe meritiſſimus.

Ej. *Syntagma anatomicum* Patav. 1641. 4. Francof. eod. 12. et al.

it. c. notis et auctariis Ger. Blaſii. Amſt. 1666. 4.

Ej. Veslingii *obſeruationes anatomicae* (poſthumae praeſtantiſſimae) Hafn. 1664. 8.

Ej. *de plantis Aegypti obſeruationes* Patav. 1638. 4.

Ej. *Opobalſami veteribus cogniti vindiciae* ib. 1644. 4. vtrumque opus acceſſit quoque Alpini *hiſt. nat. Aeg.*

§. 260.

Gverner. Rolfink Hamburgenſis †. 1673. aet. 75.

Prof.

Prof. Jenenſis, non quidem inuentor, ſed qui magna eius aeui inuenta quae diximus, candide agnouit atque mature per Germaniam propagauit, et quem non ſine grati animi ſenſu nominare mihi liceat, quod primus idem theatrum anatomicum eundemque hortum medicum Jenae condiderit, in quibus et ego profeci.

EJ. *Diſſertationes anatomicae* Jenae 1656. 4.

EJ. *ordo et methodus generationi dicatarum partium per anatomen cognoſcendi fabricam* ib. 1664. 4.

EJ. *de purgantibus vegetabilibus* L. ib. 1667. 4.

Cfr. OTH. SPERLINGII praefamen ad Rolfinkii *de partib. generat.* L.

BOTANICI.

§. 261.

Praeter Veslingium maxime hic nominandus venit

JOACH. JVNGIVS Lubeccenſis †. 1657. aet. 71. Prof. matheſeos Gieſſenſis et Roſtochienſis, medicinae Helmſtadienſis, demumque Rector gymnaſii Hamburgenſis.

Ej. *doxoſcopiae phyſicae minores* Hamb. 1662. 4.

it. ſ. t. *praecipuae opiniones phyſicae* ibid. 1679. 4.

Ej. *iſagoge phytoſcopica* ib. 1679. 4.

iunctim c. priore ſ. t. Ej. *opuſcul. botanico-phyſic.* c. Jos. de Aromatariis *epiſt. de generat. plantar. ex ſeminibus*; cura Jo. Seb. Albrecht. Coburg. 1747. 4.

Ej. Jungii *hiſtoria vermium* Hamb. 1691. 4.

SCRR. HISTORIAE NATVRALIS.

§. 262.

Franc. Hernandez

Medicus Hiſpanus, Mexicum miſſus a Philippo II. ad naturalem eius regni hiſtoriam conſcribendam, cui 60'000 ducatorum impenſi ſunt.

Primo tunc prodierunt: Franc. Ximenes *quatro libros de la naturaleza y virtudes de las plantas y animales que eſtam recevidos en el uſo de medicina en la Nueva Eſpaña etc. con lo que el* Dr. Hernandez *eſcrivio en lengua latina.* Mexico 1615. 4.

Diu

Diu demum poſt obitum Hernandis totum opus in lucem eſt editum ſ. t:

Ej. *plantarum, animalium, mineralium Mexicanorum hiſtoria; a* Nardo Ant. Reccho (Montecorvinate, medico Neapolitano) *collecta et in ordinem digeſta; a* Jo. Terrentio (Conſtantienſe) *notis illuſtrata.* Rom. 1651. fol. c. 800 iconib. edita cura Lynceorum academiae; accedunt: *aliorum nouae Hiſpaniae animalium* Nardi Ant. Recchi *expoſitio* (— eaque praeſtantiſſima —) *per* Jo. Fabrum (Bambergenſem Botanicum P. Mxmi) *it.* Fabii Columnae *annotat. et additiones in* Recchum; et principis Freder. Caeſii (academiae Lynceorum conditoris) *tabulae phytoſophicae;* denique ipſius Franc. Hernandis *ſupplementor.* L.

§. 263.

Jo. Jonston Polonus (e gente Scotica) †. 1675. aet. 72.

Per integrum decennium vniuerſam fere Europam, maxime hiſtoriae animalium cauſa, peragrauit, ingentemque eorum numerum a

meritiſſimo artifice Matth. Merian aeri incidi curauit.

Ej. *hiſtoriae naturalis de piſcibus et cetis* L. V. it. *de exſanguibus aquaticis* L. IV. Frf. 1649. fol.

Ej. *hiſt. nat. de auibus* L. VI. ib. 1650. fol.

Ej. *hiſt. nat. de quadrupedibus* L. VIII. ib. 1652. fol.

Ej. *de inſectis* L. III. it. *de ſerpentibus* etc. L. II. 1653. fol.

Iunctim ſaepius recuſi.

it. ſ. t. Henr. Ruyschii Frid. fil. *theatrum vniuerſale omnium animalium* Amſt. 1718. II Vol. fol.

Ej. Jonſtoni *notitia regni vegetabilis* Lipſ. 1661. 12.

Ej. *dendrographiae* L. X. Francof. 1662. fol.

Ej. *notitia regni mineralis* Lipſ. 1661. 12.

Ej. *thaumatographia naturalis* Amſt. 1632. 12. ib. 1665. 12. et alias.

Ej. *Enchiridii noſologici generalis et ſpecialis* L. VIII. 1625. 8.

Ej. *idea vniuerſae medicinae practicae* L. X. Amſt. 1644. 12. et al.

§. 264.

§. 264.

OLAVS WORM Aarhuſa-Danus .†. 1654. aet. 67.

Prof. graecae ling. et medicinae Havnienſ. Nomen eius immerito ferunt pridem ante eum notiſſima oſſicula triquetra caluariae.

EJ. *hiſtoria animalis quod in Norvegia quandoque e nubibus decidit* etc. (Marmota *leming*) Hafn. 1653. 4.

EJ. *Muſeum* Wormianum Amſt. 1655. fol. (cui et prius opuſculum inſertum eſt.)

EJ. *et ad eum epiſtolae* Hafn. 1728. 8. it. ib. 1751. II Vol. 8.

Th. Bartholini *oratio in exceſſum* Ol. Wormii Hafn. 1655. 4.

SCRR. AD MATERIAM MEDICAM.

§. 265.

GVIL. PISO Leydenſis

medicus Leydenſis, qui cum Mauritio Naſſavico Braſiliam adierat.

EJ. *hiſtoriae naturalis Braſiliae* L. IV. Amſt. 1648. fol.

it. ſ. t. EJ. *de utriusque Indiae hiſtoria naturali et medica* Amſt. 1658. fol.

vtrique editioni accedunt Georg. Marcgrafii Liebſtadio Miſnenſ. (.†. 1644. aet. 34) *hiſtoriae naturalis* Braſiliae L. IV. (opus poſthumum, ſed claſſicum et ex quo Piſo vberrime hauſit; in ordinem redegit et animadverſionibus auxit Jo. de Laët, vir praeſtantiſſimus.)

Poſteriore editione continetur quoque Jac. Bontii Leydenſis *de medicina Indorum* Lib. cum eiusdem *obſeruationibus ex diſſectione cadauerum* (quorum iam p. 173. obiter meminimus).

CHEMICI et PHARMACEVTAE.

§. 266.

Jo. Rey ex pago Bugue ditionis Guyennenſis.

Medicus Petricordienſis.

Ex primis aëris factitii inuentoribus.

Ej. *Eſſays ſur la recherche de la cauſe pour laquelle l'Eſtain et le Plomb augmentent de poids quand on les calcine.* Bazas. 1630. 8.

it. ex ed. Gobeti Pariſ. 1777. 8.

§. 267.

Jo. Rud. Glauber Germanus.

Amſtelo-

Amſtelodami chemicis et alchemicis laboribus conſenuit.

Sale medio ſui nominis vulgo notiſſimus.

Ej. *Opera. germ.* Frf. 1658 ſq. II Vol. 4.

§. 268.

Jo. Schröder Weſtphalus. †. 1664. aet. 65.

Medicus Francofurtenſis.

Inſtaurator ſanioris pharmaciae.

Ej. *Pharmacopoeia medico-chymica* ſ. *theſaurus pharmacologicus* Ulm. 1641. 4.

germ. ſ. t. *Arzneyſchatz* Francof. 1718. III Vol. fol. c. comment. Fr. Hofmanni patris, Ettmülleri alior.

PATHOLOGI et THERAPEVTAE.

§. 269.

Gvil. Ballonivs (de Baillou) Pariſinus †. 1616. aet. 78.

Prof. Pariſinus

diſcipulus Dureti; totus Hippocraticus.

Scripta eius poſthuma edidit Jac. Thevart.

Ej. *epidemiorum et ephemeridum* (inde ab a. 1570-79) L. Pariſ. 1640. 4.

Ej. *conſiliorum medicorum* L. I. Pariſ. 1635. 4. L. II. ib. 1636. 4. L. III. ib. 1639. 4.

Ej. *paradigmata et hiſtoriae morborum ob raritatem obſeruatione digniſſimae* ib. 1648. 4.

Opera Venet. 1734. IV vol. 4.

it. c. praef. Theod. Tronchin. Genev. 1762. IV vol. 4.

Vitam auctoris ſcripſit Ren. Moreau Par. 1641. 4. et c. oper.

§. 270.

Lazarvs Riverivs (Riviere) Monſpelienſis †. 1655 aet. 67.

Prof. in academia patria: vel potione ſui nominis vulgo notus.

Sennertum nimis liberaliter neque ſatis ingenue exſcripſit.

Ej. *obſeruationes medicae et curationes inſignes* Cent. I – III. Pariſ. 1646 4. et al. Cent. IVta (poſthuma) Hagae Com. 1659. 8.

Ej. *praxis medica cum theoria* Pariſ. 1640. 8. et al.

Ej. *methodus curandarum febrium* Pariſ. 1648. 8.

Opera Lugd. 1663. fol. Ven. 1733. fol. et al.

Spuria

Spuria vero ſunt et ſuppoſititia: *Arcana* Riverii *a* Bernardino Chriſtini *edita* Ven. 1676. 4. et al.

§. 271.

Daniel Sennert Vratislauienſis . †. 1637. aet. 66.

Prof. Wittebergenſis.

Saniora chemicae ſectae placita cum Galenicis combinare ſtuduit.

Ej. *de conſenſu et diſſenſu Galenicorum et peripateticorum cum chymicis* Witteb. 1619. 8. Pariſ. 1633. 4.

Ej. *inſtitutionum medicarum* L. V. Witteb. 1611. 4.

Ej. *practicae medicinae* L. I – IV. Witteb. 1628 – 35. VI vol. 4.

Ej. *paralipomena c. praemiſſa methodo diſcendi medicinam* ibid. 1642. 4.

Ej. *Opera* Pariſ. 1645. fol. Venet. 1651. fol. ed. maxime completa Lugd. 1676. VI Vol. fol.

Aug. Büchneri *paneg. in obitum* Sennerti ap. Witte *memor. medicor.* p. 88. ſq.

§. 272.

Jo. Bapt. van Helmont Bruxellenſis †. 1644. aet. 67.

Homo paradoxus, myſticus, philoſophus per ignem, ſagaciſſimi tamen ingenii, qui etſi non primus tamen princeps Galenicos de quatuor in ſanguine humoribus, errores, maſcule confutauit, vitale autem principium *archaei* nomine ornauit, *gas* ſuum ſ. aëris factitii ſpecies diu ante nuperos conſtituit etc.

Nomen eius adhuc fert tum *offa*, quam vulgo ſaponem chemicum vocant; tum *ludus* qui lapidis calcarei ſingularis ſpecies eſt, cubis conſtans, qui ſpataceis diſſepimentis diſtinguuntur *).

Numeroſa eius ſcripta obſcuris plerumque et paradoxis titulis inſignita ſunt. Ad maxime memorabilia pertinent ſequentes:

Ej.

*) Cum ſingulare et ſatis rarum hoc lapidum figuratorum genus, a multis hiſtoriae naturalis auctoribus cum aliis male confundatur, operae pretium duxi, iconem eiusdem genuinam exhibere in *Handbuch der Naturgeſchichte* ed. 2. tab. III. fig. 13.

EJ. *ſcholarum humoriſtarum paſſiua deceptio.*

EJ. *complexionum figmentum.*

EJ. *Archaeus faber.*

EJ. *Ius duumuiratus.*

ID. *de lithiaſi.*

ID. *de febribus.*

EJ. *Gas aquae.*

EJ. *Blas humanum.*

ID. *de flatibus.*

EJ. *inuentio tartari in morbis temeraria.*

Opera iunctim edidit, poſt fata auctoris, filius eius, quem mox citabimus. Amſtel. ap. Elzevir. 1648. 4. Frf. 1682. II Vol. 4. et al.

Vitae propriae notitiam aliquam dedit in *tumulo peſtis.* it. in ſcripto, cui tit. *ſtudia authoris.*

Cf. quoque Gottfr. Arnold *Kirchen-u. Ketzer-Hiſtorie* L. III. cap. 8. p. 73. ſqq.

§. 273.

FRANC. MERCVR. VAN HELMONT Jo. Bapt. fil. †. 1699. aet. 82.

Patre adhuc longe magis paradoxus, alchemiſta, cabaliſta etc. etc. acris tamen quoque ingenii, et qui in Leibnitii aliorumque ſummo-

ſummorum eius aeui virorum neceſſitudinem venit.

Ej. *paradoxal Diſcourſes, concerning the macrocoſm and microcoſm, und their union.* Lond. 1685. 4.

germ. Hamb. 1691. 8.

Ej. *alphabeti veri naturalis hebraici breuiſſima delineatio* Sulzbaci 1657. 12.

Ej. *obſeruationes circa hominem eiusque morbos* Amſt. 1692. 12.

Latinas fecit Jo. Conr. Amman Scaphuſinus, vir meritiſſimus, cuius editionem Caelii Aureliani ſupra citauimus, ſed qui longe maxime inclaruit feliciſſima methodo ſurdos inſtruendi, quam libello ſummi pretii explicavit ſ. t. *ſurdus loquens ſ. methodus qua, qui ſurdus natus eſt, loqui diſcere poſſit.* Amſtel. 1692. 12. et al.

§. 274.

Franc. Sylvius de le Boë Hanovienſis †. 1672. aet. 58.

Prof. Leydenſis.

Auctor ſectae medicae poſt Galenicam et Paracelſicam tertiae principis et quae magno generis humani damno diu in Europa regnauit.

Cum

Cum enim aliis corporis humani humoribus inquilinis acidam indolem, aliis alcalinam male tribueret, et plurimas chylificationis et ſanguificationis functiones, ad mixtionem eorum et inde natam efferueſcentiam erronee referret, maximam morborum partem fere vt Helmontius pater, ex acidi abundantia deriuabat, huicque ſubigendo abſorbentibus, diaphoreticis, et calido omnino regimine obuiam ibat. Triſte adeo ſed memorabile exemplum praebuit quam funeſta et humano generi lethifera euadat therapia, niſi ſaniori et caſta phyſiologiae nitatur.

Vtili interim inſtituto primus hic medicinae ſtudioſos ad noſocomia frequentanda et ad ipſos aegrotorum lectulos duxit.

Nomen eius manſit tam cerebri quibusdam partibus, etſi antea notis, aquaeductui, foſſae, corpori fimbriato etc., quam ſalibus ſuis, digeſtiuo, volatili oleoſo etc.

Idem quoque primus epiphyſin lenticularem incudis pro peculiari quodam oſſiculo haud bene venditauit.

Ej. *Diſſertationum medicarum decas* Amſt. 1663. 12.

Ej. *praxeos medicae idea noua* L. IV. LB. 1667–74. III Vol. 12.

Ej. *Tract. de affectu epidemico* a. 1669. LB. 1672. 12.

Ej. *de methodo medendi* L. II.

iunctim c. reliquis *operibus* Amſt. 1679. 4. Ultraj. 1695. 4. et al.

Ipſi quoque Sylvio tribuitur libellus, qui diſcipuli et collegae eius Florentii Schvyl nomen prae ſe fert, *pro veteri medicina* LB. 1670. 12.

Luc. Schacht *or. in obitum* Sylvii extat in fronte operum.

§. 275.

Isbrand van Diemerbroeck Montfortia-Ultrajectinus †. 1674. aet. 66.

Medicus Neomagenſis: tum Prof. in academia patria.

Ej. *de peſte* (Neomagenſi a. 1635–37.) L. IV. Arenaci 1644. 4. et al.

Ej. *diſputationes practicae de morbis* Ultraj. 1664. 12.

Ej.

Ej. *anatome corporis humani* Ultraj. 1672. 8. Genev. 1679. 4. et al.

Ej. *obſeruationes et curationes medicae* 100.

id. *de variolis et morbillis.*

iunctim cum reliquis *operibus* Ultraj. 1685. fol. et al.

§. 276.

Franc. Citesivs (Citois) Pictauienſis .†. 1652. aet. 80.

Medicus Card. de Richelieu.

Ej. *de nouo apud Pictones dolore colico bilioſo* Pictav. 1616. 12.

it. c. al. inter Ej. *opuſcula medica* Par. 1639. 4.

§. 277.

Pavl. Reneavlme Blaeſenſis.

Artem tam in patria quam Lutetiae exercuit.

Ej. *ex curationibus obſeruationes* Par. 1606. 8.

Ej. *Specimen hiſtoriae plantarum* ib. 1611. 4.

§. 278.

Henr. Smetivs (de Leda) Aloſta-Flandrus .†. 1614. aet. 77.

Medicus Lippenſis, tum archiater Palatinus, tandem Prof. Heidelbergenſis.

Vir elegantiſſime doctus.

Ej.

Ej. *miſcellanea medica* L. XII. Frf. 1611. 8.

De vita propria carmine egit, miſcellaneis iſtis inſerto p. 727. ſqq.

§. 279.

Zacvtvs Lvsitanvs Uliſſiponenſis †. 1642. aet. 67.

Chriſtianam religionem inde a teneris vnguiculis profeſſus, poſtquam diu in patria artem exercuerat, Amſtelodamum petiit et apoſtata Iudaeus factus circumcidi ſe paſſus eſt.

Credulus, arcanorum et mirabilium amans, non ſine ſuſpicione legendus.

Ej. *de medicorum principum hiſtoria* L. VI. Amſt. 1629–38. IV vol. 8.

Ej. *praxis hiſtoriarum morborum* L. V. Amſt. 1641 ſq. III Vol. 8.

Ej. *praxeos medicae admirandae* L. III. iunctim c. reliquis *operibus* Lugd. 1642. et al. II Vol. fol.

§. 280.

Nicol. Tvlpivs Amſtelodamenſis †. 1674 aet. 80.

Medicus et Conſul Amſtelodamenſis, libertatis patriae vindex, in vniuerſum de republica et medicina aeque meritiſſimus.

Ej.

Ej. *obſeruationum medicarum* L. III. Amſt 1641. 8.

Eaedem L. IVto auctiores ib. 1652. 8. et al.

Vita auctoris praefixa eſt recentioribus harum obſeruationum editionibus.

CHIRVRGI.

§. 281.

Gvil. Fabricivs (ſ. potius Fabri vt ex autographis eius didici) a patrio pago Hilden vulgo Hildanvs dictus .†. 1634. aet. 74.

Poliater Bernenſis

Ej. *vom heiſsen und kalten Brande* it. *von der Bräune* Colon. 1593. 8.

id. *von geſchoſsnen Wunden* c. al. Baſil. 1615. 8.

id. *vom Blatter-Stein* (calculus veſicae vrinariae) ib. 1626. 8.

Ej. *Obſeruationum chirurgicarum* Cent. VI. it. *epiſtolarum* Centuria ib. 1606 ſqq. 8. et al.

germ. Flensburgi 1781 ſqq. 8.

Opera Frf. 1646. fol. et al.

Immerito autem omiſſa eſt in hac operum Hildani collectione Ej. *anatomiae prae-*

P *ſtantia*

ſtantia et vtilitas d. i. Beſchreibung der fürtreff-lichkeit, nutz u. Nothwendigkeit der Anatomy Bern. 1624. 8.

De codicibus eius anecdotis qui in bibliotheca Bernenſi aſſeruantur v. Hallerum in *relationib. Goettingenſ. de libris nouis* faſc. XII. it. *bibl. chirurg.* Vol. I. p. 266 ſqq. et *bibl. pract.* Vol. II. p. 307 ſqq.

Vitam viri ſcripſit Chriſt. Polyc. Leporin. Quedlinb. 1722. 4.

§. 282.

Jo. Scvltetvs (Schulze) Ulmenſis .†. 1645. aet. 51.

medicus vrbis patriae.

Ej. *Armamentarium chirurgicum* Ulm. 1655. fol. et al.

reliquis praeſtat ed. Amſt. 1671. 8. c. obſervationibus Lamzweerdenii, Verduyni aliorum.

§. 283.

Caesar Magatvs Scandianenſis .†. 1647. aet. 68. (ex lithotomia)

Medicus Romanus, tum Prof. Ferrarienſ. ad poſtremum monachus Capucinus.

Ej.

Ej. *de rara medicatione vulnerum* L. II. Ven. 1616. fol.

Ej. (ſed nomine fratris Jo. Baptistae vſi) *defenſio rarae medicationis contra* Sennertum Bonon. 1637. 4.

vtrumque opus recuſum Norimb. 1733. II Vol. 4.

§. 284.

Marc. Avrel. Severinvs (Thurius Crathigena) Tarſenſis Calaber †. 1656. aet. 76. Prof. Neapolitanus.

Reſtaurator quaſi maſculae manualis chirurgiae graecanicae.

Ej. *de recondita abſceſſuum natura* L. VII. acceſſit *diatribe de peſtilente ac praefocante pueros abſceſſu* (paedanchone ſcil. ſ. angina gangraenoſa) Neap. 1632. 4. LB. 1724. 4.

Ej. *de efficaci medicina* L. III. Frf. 1646. fol.

Ej. *Zootomia Democritea* Norimb. 1645. 4.

id. *de viperae natura* Patav. 1651. 4.

Ej. *Antiperipatias* ſ. *de reſpiratione piſcium* etc. Neap. 1659. fol.

SCRR. ARTIS OBSTETRICIAE.

§. 285.

Lovise Bovrgeois (ſ. Bourſier)

Obſtetrix regia ab Ambr. Paraeo erudita.

Ej. *Obſervations ſur la ſterilité, perte de fruit, fecondité, accouchemens, et maladies des femmes, et enfans nouveaux nés.* Par. 1626. 12. ib. 1644. 8. et al.

SCRR. AD MEDICINAM FORENSEM.

§. 286.

Pavl. Zacchias Romanus .†. 1659. aet. 75. Archiater papalis.

Ej. *Quaeſtiones medico-legales* Rom. inde ab a. 1621. IX Vol. 4.

iunctim Frf. 1688. III Vol. fol.

LITTERATORES et PHILOSOPHI

§. 287.

Agmen ducat biga clariſſima popularium meorum, de medicis veteribus et humanioribus quas vocant ſtudiis meritiſſimorum:

Casp. hofman, Gothanus .†. 1648. aet. 71. Prof. Altorfinus, qui quidem famae ſuae exinde male cauit quod praeoccupata opinione occoeca-

occoecatus ſanguinis circulum pertinaciter negaret, etſi ipſe Harvaeus, cum in Elgoviae ducis comitatu a. 1636 Norimbergam veniſſet ad oculum eundem ipſi demonſtraturum ſponderet *). Graece vero egregie doctus in Galeno maxime et Theophraſto recenſendis ſtudioſe laborauit.

Ej. *variarum lectionum* L. VI. Lipſ. 1619. 8.

Ej. *commentar. in* Galenum *de vſu partium*; eiusdemque editionem Galenici *de oſſibus* libelli ſupra citauimus pag 63 64.

Ej. *apologiae pro* Galeno L. III. (poſthumi ex ed. Guid. Patin) Lugd. 1668. 4.

Jac. Pancr. Brunonis *or. de vita, moribus et ſcriptis* Caſp Hofmanni c. huj. *iſagoge medica* Lipſ. 1664. 12.

Jo. Jac. Baier *biographiae Profeſſorum med. Altorf.* p. 36 ſqq.

§. 288.

Thomas Reinesivs Gothanus †. 1667. aet. 81.

P 3 Medicus

*) Cf. G. Richteri ICti *eiusque familiarium epiſtolae ſelectiores* Norimb. 1686. 4. pag. 808 ſqq.

Medicus et conſul Altenburgenſis.

Vir ad miraculum eruditus, praeter ſcripta mox citanda maxime *Syntagmate inſcriptionum antiquarum* clarus.

Ej. *variae lectiones* Altenb. 1640. 4.

Ej. *epiſtolae ad* Caſp. Hofmannum Lipſ. 1660. 4.

Ej. obſerv. *de ancilla Altenburgenſi lacertas, ranas et buſones euomente*, extat in Bartholini *act. Hafnienſ.* Vol. II. p. 110 ſqq.

Plura eius anecdota Mſcpta extant in bibliotheca academica, vt et exempla medicorum veterum manu eius creberrime, et vt ſolebat doctiſſime, notata.

Scholam vero *ICtorum medicam* non ad eum pertinere ſupra iam dictum eſt (pag. 188.)

Vitam viri egregii a fratre eius conſcriptam videſis in *Gothaiſchen Kirch- und Schulſtaat* Vol. III. P. XI.

it. cf. Bruckeri *Ehrentempel* N. XXVII. p. 110 ſqq.

§. 289.

Herm. Conring Friſo-orientalis †. 1681. aet. 75.

Prof.

Prof. Helmſtadienſis.

Polyhiſtor, quauis diſciplina doctiſſimus.

Ej. *introductio in artem medicam.*

Ej. *de Germanicorum corporum habitus antiqui et noui cauſſis* Helmſt. 1652. 4.

it. c. comm. Jo. Ph. Burggrav. Francf. 1727. 8.

Ej. Conringii *de hermetica Aegyptiorum medicina* L. II. ſupra notauimus (p. 8.)

Opera Brunſuic. 1730. VI Vol. fol.

Cf. Bruckeri *Ehrentempel* N. XXXIX. p. 159.

§. 290.

FRANC. BACON Baro DE VERVLAMIO Eboracenſis †. 1626. aet. 66.

Sancti Albani Vicecomes, aliquamdiu Angliae magnus Cancellarius, ſigilli regii cuſtos etc. etc.

Vir, vt Boerhaavii de eo iudicium meum faciam, ad omnia, quae ſcientia humana comprehendi poſſunt, indaganda facile princeps, et de quo dubites, vtrum conſilio an exemplo, labore vel liberalitate maior fuerit in inſtauranda deformata phyſica.

Claſſicus quoque proſaici vernaculi ſtyli ſcriptor.

Ej. *de augmentis ſcientiarum* LB. 1652. 12.

Ej. *nouum organon* Lond. 1620. fol.

vtrumque opus partem *inſtaurationis* ej. *magnae* conſtituit.

Ej. *Sylua ſyluarum* ſ. *hiſtoriae naturalis* Centuriae X. Lond. 1638. fol.

Ej. *hiſtoria vitae et mortis* Lond. 1623. 8.

it. in collectione Henningeri, quam ſupra citauimus (p. 196.)

Opera ex ed. Guil. Rawley Lond. 1638 fol. Frf. 1665. fol.

pleniſſima autem (curante Th. Birch) Lond. 1740. IV vol. fol.

Malleti vita auctoris praefixa legitur huic poſtremae Baconis operum editioni.

§. 291.

Renat. Cartesivs (Des Cartes) Haga-Turonenſis †. 1650. aet. 55.

Primo miles, tum in Hollandia demumque apud Chriſtinam Sueciae priuatam egit vitam.

Sectam

